

Ec. 83<sup>a</sup>







B.

# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LIBRI VI.

Nuper primum æditi Anno  
M. D. XXXV.



## LECTORI

*Alcinoi legimus, miramur A donidis hortos  
Inuenit Hesperidum succina sylua fidem  
Quæ tandem inuidia est, non his permittere syluis  
Ficticij saltem nominis esse decus?  
Fallor, an huc aliquis tamen ingredietur amicus  
Quem noua querceti diuitis umbra iuuet?*



Ἰωαχείμου τοῦ Καμεραρίου.  
Ὅλω τήνδ' ἐλθὼν εἰς ἄξυλον ἔργα ἀθήσεις  
οὐχ ὅτε βῆσ' ἄρξων ἀλλ' ὅτι ληξόμεθα.  
ἢ ἢ γ' εἰ πάρα μυρί' ἑασικάλ' ἀλλά πετέρτιν  
ἔξδ' ὁμῶς πρότερον πᾶν πελεκισάμενον.  
μᾶλλον δ' οὐχ' ὄντος κόρος οὐχ' οἱ ἔασετ' ἔρωκ  
πρὶν ἰάδ' ἀναγνώσθ' ἀενδαρεὰ πάντα πῆσθ'

Summ. ex libris Nicolai  
Widmanns planensis

Octobr 3. 2



83

# OPTIMO AC

ORNATISSIMO PRINCIPI

Domino Ioanni Dantisco Episcopo Culmen

si ac Administrator Pomesaniensi &c.

Domino ac patrono perpetua

fide colendissimo suo

Helius Eobanus Hes

sus S. D.



V M TANDEM  
constituissim ab ami-  
cissimis persuasus Io-  
annes Dantisce Pre-  
sulum decus eximium,  
libros sylvarum mea-  
rum in publicum legē  
dos emittere, coactus  
sum uelut ad nouum partum rursus elaborare ac  
eniti omnia, quæ ita sparsim ac prorsus à vix  
eog in chartulas ac uiles membranas conieceram  
ut anxio primum labore essent porquenda: dein-  
de quoniam pleraq; mutilata & acephala extabāt,  
quædam & eorum longe maxima pars per incu-  
riam mihi perierant, hæc cum iactura omittenda,  
illa laboriose erant restituenda. Nunquam enim sic  
amaui meum ingenium, ut tanquam lectu digna stu-  
diosè conseruarem, quæ uelut in hoc ut perirent ne

## E P I S T O L A

gligenter scripseram, & subito, ut ille inquit, calor  
 re mihi effluerat. Colligi igitur magis quæ potui,  
 quàm quæ uolui: nihil enim eorum extabat amplius  
 quæ iuuenis luseram, quæ quidem ipsa quanquam  
 ego quantum ad naturam attinebat semper iudi-  
 caueram ex meis esse optima, tamen placebat ma-  
 gis superesse apud me quedam eius generis, in qui-  
 bus serior ætas sese exercuisset: nã ea ipsa & plus  
 iudicij habere, & minus indulgentiæ circa naturæ  
 lasciuientis fluxum & copiam, quæ plerūq; nisi  
 moderere, uiciosa ualde esse consuevit, uidebantur.  
 Nam quod ad Bucolica & Heroidas attinet, ea om-  
 nia quanquam ipsa quoq; iuueni adhuc dum existen-  
 ti mihi temere magis exciderant quàm cum iudi-  
 cio erant emissa, tamen annum iam natus ferme  
 quadragesimum, uelut ad iudicium & examen re-  
 uocata recognoui, recognitaq; ac multis in locis lo-  
 cupletata, iterum edidi, adeo ut istorum omnium,  
 sunt. n. & alia pene infinita, editionis minus me pœ-  
 nitent, cum ea ex quibus potissimum mihi famam im-  
 mortalitatis polliceri posse uidear, à primæ editio-  
 nis iniuria uindictas denuo in uulgus exierint. Ita-  
 q; ut ad institutum reuertar, hæc qualiacunq; habi-  
 turi iudicaturi q; sunt qui legent, in unum uelut a-  
 ceruum ex mille Opisthographis in quibus sparsa ia-  
 cebant, coacta, in sex hosce libros, ne cōfusus omni-  
 no ordo



## E P I S T O L A

no ordo & inamabilis esset rerum series & diuisio  
 & non aliter quàm impeditum suapte mole corpus  
 in certa quædam, & melius sibi inuicem coheren-  
 tia membra redegi. Ipsis deinde libris, cum emi-  
 di spargēdiq; in uulgus omnino essent, singulos pa-  
 tronos, ut & paratior esse clarorum nominum au-  
 thoritate proferatæ editionis uenia, & lectorem  
 ipsa magis oblectaret uarietas, dedi, quorum te ue-  
 uides non immerito principem esse uolui. & uide-  
 bar non inhoneste sequuturus clarorum in simili  
 genere poëtarum exempla, præcipueq; Statij, qui  
 idem, quod ego in his libris, in suis quoq; syluis fe-  
 cit. Sed ista quidem ratione excusatione non egebat,  
 utinamq; ne ipsa quidem æditionis præcipitatio. Ha-  
 rum igitur sylvarum librum primum tibi Dantiscæ  
 Princeps optime ac eruditissime, nam hæc demum  
 appellationes tibi uere conueniunt, ista uulgo iacta  
 usitataq; uelut dignitatum magis quàm hominū ac  
 uirtutū propria interim nihil moror, merito tuo ti-  
 bi nominatim inscribendum dedicandumq; existima-  
 ui, qui cum semper sis de me optime ac magnifice  
 meritis, quibus hostijs expiandum ducerem, nisi nō  
 inter hos modo quibus hi libri inscribuntur, sed in-  
 ter omnes alios patronos & amicos meos princi-  
 pem locum, quo nō hic tantū dignissimus es, obtin-  
 isse. Adde quòd hic liber uel eo nomine tibi debe-

## E P I S T O L A

batur, quòd totus est in tua patria, in qua aliquan-  
 diu me uixisse non ignoras, absolutus, & elegias  
 continet unam atq; alteram ad te ipsum, Cracouiae  
 olim inter celeberrimas regiarum nuptiarum pom-  
 pas, cum adhuc eo tempore in minoribus, ut uulga-  
 to more loquar, esses, scriptas. Nam q; ea quæ nup-  
 per, cum Augustæ ac Ratisponæ in Augustalibus  
 comitijs, in quibus tu Regium Oratorem agebas te  
 cum essemus ad te scripsi, his libris non inseruis in  
 caussa primū fuit libri ipsius magnitudo, quæ æquo  
 plus excreuisset, si omnia quæ tum ad manum &  
 nuper parata erāt, adijcere uoluisset: deinde, quod  
 alium nunc locum requirunt quæ ad te scribuntur,  
 quàm qui temere quibuslibet syluulis, ac de plebe  
 nominibus inseratur, & constituo ea, quæ ab eo tem-  
 pore ad te scripta sunt, & adhuc scribentur seor-  
 sim & proprio libello breui ædere, qui fastigio isti,  
 in quod tua te uirtus tuaq; eruditio utraq; summas  
 euexit propius aliquanto respondeat. Quid quòd  
 hic liber Serenissimū Regis tui Sigismundi laudes  
 non sane mediocres continet? Quid quòd patriæ  
 tuæ clarissimæ descriptionem aliquam? plenam di-  
 cere non possum, cum toto quadriennio, quod in ea  
 uixi, uix minimam eius partem uidere ac cognosce-  
 re mihi licuerit. Accedit ad has rationes etiam illa  
 quod intelligere te cupiebam non excidi, se memo-  
ria

## EPISTOLA

Via mihi quod de Homero essem pollicitus, ad quem  
uertendum, praesertim latino carmine, tu cum sis in  
studijs nostris eruditissimus, & cura & tempore  
longioribus opus esse non ignoras. Interim hunc  
sylvarum mearum librum primum uelut praeme-  
tium futurae messis nutre ad te uolui, & hanc ani-  
mo tuo fiduciam facere, ut cum uideas in minoribus  
hisce tui non immemorem, de maioribus quibusuis  
possis omnia tibi, quae de amiceissimo, pollice

ri. Bene ac foeliciter uale, studiorum

meorum Meccenas unice. Ex

Noriberga Mense Mar

tio. Anno Saluis

M. D.

XXXIII.

AA ←

# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LI  
BER PRIMVS QVI SAR  
*maticus inscribitur.*

AD SERENISSIMVM SIGIS  
MUNDVM REGEM POLO  
*nie pro Magistratibus militiae Teutonico  
rum Prussiae in conuentu  
Petricouensi.*



I LICET, ET  
magnum fas est ora  
re Tonantem  
Estq; etiam pue  
ris auris aperta Dei  
Cur non Rex Inuis  
ete uaces mihi pau  
ca roganti

Ocia cognoscas hoc breue donec opus

Qui licet immensa curarum mole graueris

Sisq; animo Regnis latior ipse tuis.

Tetamen assiduas decet intermittere curas

Ociaq; interdum non onerosa sequi

Quae quamuis non pauca tibi solatia praestent

Qualia tam magnis Regibus esse solent

Hic tamen inuenies quod te quoq; forte iuuabit

Cognita si fuerit littera tota tibi

LIBER I.

Quam si reijcies prima uix fronte reuisam  
 Contemnes certe quod placuisset opus.  
 Quod mihi ne timeam contingere posse, monebat  
Maiestas uultus illa benigna tui.  
 Præterea quæ te uirtus clarissima multis  
 Prætulit & aut fecit Regibus esse parem.  
 Talem, si quæras, qua te ratione notarim  
 Sum fateor testis proximus ipse mihi  
 Ipse ego te uidi Regalia sceptrâ ferentem  
 Tunc cum legitimos ingrederere thoros  
 Nec tantum uidi, sed & hoc si ducere laudi est  
 Contigimus dextram Rex generose tuam.  
 Præterea qua laude tua sim cultus in aula  
 Talibus indignum scribere pene pudet  
 Ipse ego te meritis plus quàm Regalibus auctum  
 Non minime quodam laudis honore tuli  
 Regales cecini thalamos pompamq; iugalem  
 Tradita sunt manibus carmina nostra tuis.  
 Quæq; tot exhibuit Cracouia docta poëtas  
 Tunc quoq; Teutonico uate superba fuit  
 Illa dedit nostris de te superesse libellis  
 Inq; tuas laudes hic & ubiq; legi.  
 Ergo ego non primum tua nunc Regalia pulso  
 Liminas uirtutes diximus ante tuas.  
 Hinc etiam timide uenit fiducia menti  
 Te coram nostras posse ualere preces

S Y L V A R V M

Non ego diuitias, non aurea dona precabor  
 Inq; meo nullum carmine fœnus erit  
 Verum si dederis quod carmine poscitur isto,  
 Quod dabis haud perdes, sed magis ipse feres  
 Sed ne forte morer Regalem ambagibus aurem  
 Inuersu nubes non erit ulla mea  
 Aspice Sarmatici moderator maxime sceptri  
 Aspice Rex meritis non habiture parem  
 Aspice quàm celebri concurrant undiq; pompa  
 Quàm solum stipent milìa multa tuum  
 Quid sibi tot proceres? quare uenere? quid optāt?  
 Præcipue quorum crux nigra pectus habet.  
 Nunquid ut insurgant, rursusq; abiecta resumant  
 Inq; plagas moueant arma resumptatuas?  
 An quia diuitias speciosaq; munera querunt?  
 An quodcunq; aliæ conditionis habent?  
 Non ita, non alia te nunc ratione salutant  
 Quàm qua nulla tibi notior esse potest.  
 Rex memori sub mente tenes, si forte rocoluas  
 Non aliqua tecum de nouitate loquor  
 Quòd sibi Sarmaticis Regnum fundarit in oris  
 Candida qui crucifer pallia miles habet  
 Prussia Parrhasijs efflata trionibus, olim  
 Sub duce gentili barbaraterra fuit  
 Vasta situ, neglecta locis, desertaq; cultu  
 Sepe fuit Regno perniciosatuo.

Sepe

LIBER V.

Sæpe tuos ualido uastauit milite fines  
 Impia Christi feræ gens inimica cruci  
 Sanguine Teutonico, sed postq̄ fortiter empta est  
 Exiit antiquos Prussia tota Deos  
 Romana Imperij Friderichus scepra tenebat  
 Illus hic certe nominis alter erat  
 Cum Mahometigenæ capta Piholomaide Turcæ  
 Teutonicam Syria destituere crucem  
 Tum quod erat gemilis adhuc atq; impia cultu  
 Hæc à Teutonicis terra petita fuit  
 Annuit, atq; armis permittit quærere Cæsar  
 Si forte obtineant iura petita loci  
 Quæsitam obtinuit terram gens inclyta bello  
 Teutonicum subiit protinus illa iugum  
 Hinc urbes positaq; alia uictoribus arces  
 Firmaq; ductilibus oppida cincta uadis  
 Prussia Teutonicæ merces data militici  
 Prussia Christi feræ Regia facta cruci  
 Floruit q̄ plures late dominata per annos  
 Delicijs tandem languit ipsa suis  
 Atq; ut cunctarum rerum est mutabilis ordo  
 Fortunæ instabilem sensit q̄ illa rotam  
 Sic illa emeruo cum iam polletet honore  
 Deflueretq; opibus molliter ipsa suis  
 Magnarum ueteres rerum est imitata ruinas  
 Visa nec exemplo est interijisse noua

S Y L V A R V M

Martia sic rerum cum Roma potita uigeret  
 Lapsa est, Cæropiæ sic cecidistis opes.  
 Sic Thebæ, sic Troia potens, sic alta Corinthus,  
 Punica sic Tyria moenia structa manu.  
 Sic patrium amisit Iudæa potentia sceptrum,  
 Non semel excisam sic Babilona ferunt  
 Sic urbes, sic Regna cadunt, sic omnia mutat  
 Hæc Dea, quæ tectum sindone lumen habet  
 Vindice punita est ira sic forte tonantis  
 Illa redemptori facta maligna suo  
 Subq; tuis afflicta iugum seruire coacta est  
 Ferre, licet miseræ non placuisset, auis  
 Qualicunq; tamen dignas pro crimine poenas  
 Nunc dedit, et plagis saucia querit opem  
 Affer opem, nam tu medicas his febribus artes  
 Si Rex magne uoles exhibuisse potes  
 Conueniunt toto nusquam cum corpore partes  
 Et queritur uiduum membra relicta caput  
 Collige dispersos distracti corporis artus  
 Conueniant capiti membra relicta suo.  
 Ejce grassantes toto de corpore morbos  
 Recta salutifera pharmaca præbe manu.  
 Quæ ratione queas non est opus indice, postquam  
 Hæc uia non ulli est quàm tibi nota magis.  
 Et potes, et non est Regum te fortior alter  
 Nec magis assidua qui ferat arma manu



LIBER V.

Omnia Parrhasidos subiecta trionibus ursæ  
 Sunt tibi uictrici regna subacta manu.  
 Seu prope sidentes Tanaim spectare niualem  
 Seu libet inuictos Marte Boristhenedis  
 Quàm tamen ista tuo concedant omnia Marti  
 Dicere non elegi sustinere breues  
 Quare age Rex Inuicte crucem defende labantem  
 Et causam nolis de seruisse tuam  
 Hoc te tota rogat communi Prussia uoto  
 Hoc te Teutonicam turba professa crucem.  
 Hoc rogat ille tui pars maxima sanguinis, ille  
 Quo tua germana est germine facta parens  
 Teutonicæ princeps Albertus militici  
 Quem sua nunc dominum Prussia iure uocat  
 Quodq; uocat ne qua possit ratione negari  
 Rex quia posse tuum est, sis memor esse tuum.  
 Quantula Prusiæ seruit tibi portio terre  
 Aspice quàm regno sit minor ista tuo  
 Tota tibi melius sibi reddita seruiet, atq;  
 Partibus accedet fida ministratris  
 Nunc iacet, & longo ceu consopita ueterno  
 Nec sibi, nec regno est utilis illa tuo  
 Munera militiæ quæ nunc desueta prioris  
 Turba negat, prompta surget in arma manu.  
 Tu modo Rex iubeas tibi sint ea munera curæ  
 Tu modo Rex cumules quæ minuuntur opes.

S Y L V A R V M

Quam bene Regali stabit crux iuncta corona  
 Non aliqua melius vincitur hostis ope  
 Hostibus incutiet trepidantibus illa timorem  
 Non aliquo maior miles ab ense cadet  
 Ibis in aduersos cruce munitissimus hostes,  
 Inuicta sternes impia castra manu  
 Terribilem fecit qui cum moreretur in illa,  
 Morte sua rerum terruit omne genus  
 Non tua tunc celeres vastabunt Regna Valachis  
 Tunc tibi subiectus Tartarus acer erit  
 Tunc sua deponent pharetrati cornua Russi  
 Et patriæ soluent iusta tributa tuæ  
 Regali gens nulla crucem diademate cinctam  
 Infesta poterit diripuisse manu  
 Illa licet gelidam longe proiecta sub Arcton,  
 Frigida manantes de niue potet aquas  
 Seu matutinis afflata refrigeret Euris  
 Sæpius æstifero membra perusta die  
 Dura sub occiduo seu corpora sole tepescat  
 Siue truci Boreæ proxima regna colat  
 Deniq; quocunq; est sub aperti sydere cœli  
 Arma ferat forti qualiacunq; manu  
 Nulla tuos poterit non accepisse triumphos  
 Nec gens uicticem nesciet ulla manum  
 Catholicus, tua signa, crucem uenerabitur orbis  
 Et feret austrices ad tua facta manus

Aeternum!

## LIBER I

Aeternum crux imperium tibi proferet ultra  
Colchidas, & saeuos marte Boristhenidas  
Post ubi iam totus magnum Septentrio Christum  
Cœperit, Auroræ subdita regna petes  
Romanis tua signa Aquilis præeuntibus ibis  
Perq; tuam statues oppida uicta cruce  
Cuncta Sigismundo cedent foelicia Regi,  
Et nullum frustra suscipietur onus  
Teutonicæ accedet fauor, & noua gloria gemis  
Largiri Imperium cui uolet illa potest  
Ergo crucem releua, quæ nunc rubigine squalet  
Oblita, sic Regum par tibi nullus erit  
Sic tua continuis dilatans Regna triumphis  
Sarmatico populos solus in orbe regas.

### AD MUTIANVM RVFVM EPISTOLA

la Prussiae descriptionem continens.  
Ittit ab æquoreo tibi littore Ruse salutem  
m Hessus amicitiae pars modo iusta tuæ  
Hic ubi Parrhasium uicinior aspicit axem  
Prussiae Hyperboreo semperusta gelu  
Hinc ubi Sarmaticum latus æquoris alluit orbem  
Quod de Germanis nunc quoq; nomen habet  
Hic tuus ille Hessus uiuit, quem saepe probabas  
Ludere ad auratam uerba canora chelima  
Qui licet & tantis & tot regionibus absit  
Nunquam non præsens est tamen ille tibi.

SYLVARVM

Nam duo quæ ratio distantia corpora fecit  
 Hæc animos uinclo proximior ligat  
 Et loca si nullum simul in diuersa feratur  
 Corpuss ad hoc animum uincula nulla ligant  
 Liber ut est, partes ita se dimittit in omnes  
 Quo nil mobilius maximus orbis habet  
 Non mare, non terræ, non astra, nec igneus æther  
 Clauditur huic, penetrat corpora, numen habet  
 Numen habet si se partem de semine cœli  
 Inclusam lutea semiat esse domo.  
 Sentit, & ex istis ad te spaciatur arenis  
 Pars eadem nostri maxima, quando libet.  
 Ergo & adhuc animo non deficiente ualemus  
 Fortunæ dominæ cætera credidimus.  
 Viuimus hic igitur non retroeuntibus astris  
 Vno te nobis posse carere graue est.  
 Omnia præstiterit si te fortuna mihiq;  
 Barbara quæ uisa est patria terra foret  
 Hæc est Christifera regio Crucis ultima cultrix  
 Præter quam merito Liuo comose tenes.  
 Regna dein seruant pharetrati proxima Russi  
 Gens fera, sed nigra sæpe subacta cruci  
 Prussia & insignis magno Liuania Christo  
 Sunt duo Teutonicæ subdita regna cruci  
 Parte orientalem qua Prussia uergit in Eurum  
 Liuonum gentes, & Lituana iacent

Proximo

LIBER I.

Proxima nymboſis quæ flatibus irrigat auſter  
 Mazouita & fortis rura Polonus arat  
 Occiduum Saxones habent latus unde remugit  
 Hirſutus Boreas Balihica ſtagna tenent  
 Prufſia tam latas terrarum poſidet oras  
 Inclſyta, plena, potens, cultibus æres manū  
 Hanc cruce ſignatus nigra pallaq; niuali  
 Teutonicus partam ſanguine miles habet  
 Scit uagus & magno fluuio par Viſtula Rheno  
 Sanguine quem totum ſubrubiſſe ferunt  
 Viſtula Pannonijs oriens e montibus, omnem hanc  
 Quam longa eſt, terram perluit omne uago  
 Inde uago lapſu magnum ſe condit in æquor  
 Quod uarijs totam flexibus ambit humum  
 Hic etiam uario naturæ munere lætus  
 Omnibus ad uictum rebus abundet ager  
 Dum ſinit & melior cum ſole reuertitur annus  
 Has Cererem terras incoluiſſe putes  
 Uſq; adeo plenis hoſ meſſibus aggrauat agros  
 Ut queat hoc credi copia nata loco  
 Horrea ſæpe ſuo non ſunt ſatis ampla colono  
 Lataq; uix meſſis frugibus arua patent  
 Eſt mare laudatæ lucroſum munere gemmæ  
 Germanus gleſſum, ſuccina Roma uocat  
 Sæpius hanc pueriq; legunt timidaq; puellæ  
 Nec ſtupet a prima pes tamen udiſ aqua

BB

S Y L V A R V M

Est mare, sunt fluuij, sunt stagna immensa, lacusq;  
 Non magis est uario pisce superba Pharos  
 Sunt & apum pulchris tenerarum examina syluis  
 Qualia uix unquam Sicelis Hybla tulit  
 Sæpe illis, res mira, loci satis esse negatur  
 Quo dulces possint accumulare fauos  
 Sæpe sub arboribus molliq; in graminis herba  
 Flaua laborifero poplite mella locant  
 Conferat huc Rhodopen Panchæaq; rura Lyeus  
 Nesciet inuentos se docuisse fauos  
 Sunt nemora & saltus, sunt non de formia Tempe  
 Thessala cum fluuio dixeris esse suo  
 Pinguibus alta feris stabula & uenatio diues  
 Menalon oderit hic ipsa Diana suum  
 Hic poteras spreta iuuenis Thesæe nouerca  
 Innocuos alio claudere fine dies  
 Quid loquar ingentē pecorū uim, qualia nunquā  
 Armenta Arcadico germine pasta liquet?  
 Qualia non unquam colles uidere Lycæi  
 Non quamuis diues Delphice pastor eras  
 Maior in argento nusquam nec largior usus  
 Vix tantum plumbi patria nostra tenet  
 Pocula crassa Ceres Acheloia miscet aristis  
 Hic bibitur nullo gratior orbe liquor  
 Auehit huc eciam peregrinis uector ab oris  
 Per mare cum Rhodijs Cretica mista cadis

Deniq;

LIBER I.

Deniq; ad humanos quicquid conuertitur usus  
 Hic uelut ex cornu liberiore fluit  
 Sunt etiam præclaræ urbes opibusq; superbæ  
 Vix habet his, mirum, Teutonibus ora pares  
 In mare qua tacito demergitur istula lapsu  
 Nobile Dantiscum littora prima tenet  
 Classib. hæc portus, domus inclyta mercib., hæc est  
 Vrbs maris Imperij parte beata sui  
 Altera diuitijs Monsregius, hanc quoq; ditat  
 In mare uelifera Bregela uersus aqua  
 Hæc modo militiæ sedes est alta Magistri,  
 Hoc in eo princeps ordine nomen habet  
 Structuris domuum reliquas Thuronia uincit  
 Pulchra quidem sed non diues ut ante fuit  
 Hæc uetera excisæ uestigia continet arcis  
 Quam uagus undanti Vistula lambit aqua  
 Præterea Albingum reliquas imitata ruinas  
 Eximium captæ diruit arcis opus  
 Hinc Mariæburgū quondā domus inclyta magnis  
 Principibus, nullo crimine facta nocens  
 Sed tamen infœlix Regi data serua Polono,  
 Cum reliquis misere sed sine labe iacet.  
 Vbere lata solo Noganum sita propter amœnum  
 Extructa in terris non habet arce parem  
 Non procul inde meis Riscburgum nobile Musis  
 Arx uetus in paruo condita colle iacet

S Y L V A R V M

Omnia quis referat? sed & hæc quæ pauca canebã  
Vix ea sunt minima parte relata mihi  
Viuit in his igitur baculo qui primus agresti  
Teutona Romanum duxit in arua gregem.  
At tu Ruse meæ formator prime iuuentæ  
Per te uocalis debita fama lyræ  
Quid facit amisso grex errabunda magistro?  
Quàm timeo sæuos monstra cruenta, lupos  
Quid facit is merito cui pagina nostra dicata est?  
Hei mihi quàm præcepta nostra carina fuit  
Quid mihi mentito Phileremus nomine dictus?  
Cessit? an in sacra ualle moratur adhuc?  
Quid Crotus ingenio plus quàm florente beatus?  
Hærens principibus quid Spalatinus agit?  
Nobilis hunc animum Petrei cura relinquet  
Cum flammæ glaciem, cum dabit unda faces  
Viuite deliciae nostræ, dum uester amicus  
Longius a uobis quàm decuisset abest.  
Qui tamen ut uultis uiuitq; ualetq; uidetq;  
Quàm non uobiscum uiuere triste nihil  
Quem precor ut solita semper uirtute colatis  
Ipse sub hoc eciam sydere uester erit.

AD TEMONIVM AMANTEM  
DE AMORE.

uæ ubi dum studijs tecum fruere tur eisdem  
q Ad patriam lusit carmina multa chelims  
Que



LIBER I.

Quæ tibi clauigeri uisuro limen Iuli  
Sic redeas ausa est dicere sicut abis  
Hac eadem optata te conditione potitum  
Musa ferè criticis audet adire modis  
Excipe consueta residem pietate Thalam  
Temonis & uacua quid ferat aure nota  
Quid uelit, unde ferat properatam inopina salutē  
Protinus ex ipsa fronte uidere licet  
Quòd si fronte minus patefacta, aut crine soluta  
Esse tibi ex ipso nota colore potest  
Vestibus ingreditur Tyrium referentibus ostrum  
Qualis & in ueste est talis in ore color  
Nulla uides niueo rutilant gestamina collo  
Nulla sub angusto pectore bulla tumet  
Cur tamen in dextra laurum quam fronte solebat?  
Cur gerit effusis myrteaserta comis?  
Ad te cur aliquo comitata cupidine uenit?  
Veste Venus posita sic ubi uisa foret  
Quid sit Amor charum uenit instructura sodalem  
Qui sedet, & nullum sentit in igne malum.  
Quid tibi cum Paphio castissima Pieris æstu?  
Turpe est uirginibus dicere quid sit amor.  
Non ita Temoni, quid enim de uirgine Musa  
Quod de Vestali turpe referre putes?  
Illa Cytheriacos cum torqueremur ad æstus  
Ignibus in medijs mite leuamen erat.

BB

S Y L V A R V M

Hesiaco legitur notissima Flauia uersu  
 Cum dolet, et uatem Musa dolere uetat  
 Arsimus et tacitum, dii quàm graue, sensimus igne  
 Per mala tot uictor te duce musa fui  
 Illa meas flammis et uidit et ipsa sequuta est  
 Quid dubitas castum turpia posse loqui?  
 Quis pudor est igitur? quod lumina contegis? aut quod  
 Virgine te tacito conueniente rubes?  
 Illa tibi insanum non exprobrat ante tribunal  
 Per fora nec stricto publica fune trahit  
 Oportuna diu quaesuit tempora, postquam  
 Sunt data quae uoluit, uult sine teste loqui  
 Aeger es heu medicas uix iam sanande per artes  
 Dij faciant nequeas esse, fuisse queas  
 Aeger es, an papulis? an febribus? an ne podagra?  
 Quis dolor est? palles, hoc erat illud, amas  
 Morbus is est noui quia te pallere uidebam  
 Quid precor est quare palleat omnis amans?  
 Hac ego iam dudum laesum te peste notabam  
 Talia qui sensit uulnera nosse potest.  
 Sanus adhuc nullis constrictus legibus ibis  
 Effreni licuit quolibet ire tibi  
 Conuenisse tuos poteras si quando sodales  
 Leticia nemo te potiore fuit.  
 Arguit inuictam facies tam florida mentem,  
 Heu quantum compos desinis esse tui

Vincula

LIBER I.

Vincula captiuus eonictus in impia langues  
 Victima placandos ut solet ante deos  
 Pectore mens abiit, color est mutatus in ore  
 Vix tenuis restat spiritus ipse tibi  
 Non tamen hic in te, speculo sed uiuit in illo  
 In quo te uitam posse uidere putas  
 Victus es, & duræ subijsti pondera legis  
 Non licet, ut nuper, quolibet ire tibi  
 Conuenisse potes charos si quando sodales  
 Tristitia nemo te potiore manet  
Lumina demittis, suspiria longa frequentas.  
 Multa sub obscura nubila fronte sedent  
 Fallor, an expertum nequicquam intelligo amorē?  
 Non ita, signa sui talia præbet amor  
 Pugil in hac annos aliquot iam uersor arena  
 Quam teris ab nimium nota palaestra mihi est  
 Et licet hunc totis attraxeris ossibus ignem  
 Altaq; iam prima uulnera tabe fluant  
 Ne tamen in saniem possim consurgere, perfer  
 Auxiliatrices apposuisse manus  
 Sed prius ex alto morbi natura uidenda est  
 Sæpe minus iuste pharmaca sumpta nocent.  
 Flāma latens amor est, sapidūq; per ossa uenenū,  
 Tormentumq; iuuans, exitiumq; placens  
 Qui simul ic̄ta leui penetrarit corda sagitta,  
 Quem tetigit memorem non sinit esse sui

S Y L V A R V M

**H**inc oblitus amans proprij uefanus honoris  
 Esse sibi licitum dedecus omne putat  
**D**umq; exempla nequit uotis per honesta potiri  
 Fraude intentatum nil finit esse sua  
**T**huringæ potius messis numerabis aristas  
 Quàm quot possideat crimina turpis amor  
**V**t taceam gemitus, lachrymas, suspiria, cur  
 Sollicitas noctes, sollicitosq; dies  
**N**um rationis agit puer hic obliuia? & altos  
 A seipsis animos degenerare docet  
**C**onsilia euertit iustum auersatur & odit  
 Exiguo magnas tempore perdit opes  
**S**unt comites huic paupertas, infamia, morbi  
 Stulticia in prima sede pudenda sedet  
**M**ors quoq; nonnunquã. Quis. n. tot nescit amanti  
 Saxa, ignes, laqueos, flumina, tela, cruces?  
**Q**uæ tu cum uideas, & plura in amore, quid audes  
 In tam sollicita longius ire uia?  
**E**st puer, at puerum quisquis deuicit amor em  
 Hic decus ex meritis Hercule maius habet  
**N**am quid erat uastum Nemeæ sub rupe leonem?  
 Quid fuit eripedi præualuisse feræ?  
**I**nfernum traxisse canem? uicisse Draconem?  
 Nubigenas claua perdomuisse uiros?  
**C**uncta quid ambitæ superasse pericula terræ  
 Quem puer infami uulnere uicit amor

Mors

L I B E R I .

Tu quoq; cum superes reliquæ ludibria sortis  
 Turpiter imberbi uictus ab hoste iaces  
 Sentis? an dubitas quàm sis delapsus ab alto?  
 Quàm uel ab excelsotrusus ad ima loco?  
 Respicias? an simulas summo loca proxima cœlo?  
 Hinc es ad infernæ lapsus opaca domus  
 Qualiter incautus dubia sub nocte uiator  
 Antra die claro non adeunda subit  
 Sic te per Paphiæ discrimina noctis euntem  
 Materna arcitenens duxit in antra puer  
 Prætulit exterius claram Venus aurea lucem,  
 Nox intus nigro te tulit atra sinu  
 At tibi luce solet nox clarior illa uideri  
 Et cuperes nullum rursus adire diem  
 Sed furor hic tibi non furor est sed blanda uoluptas  
 Vulneraq; , ut doleas, te iuuat ista pati  
 Qualis enim miseris dementia mentibus adsit  
 Dum calet hoc omnes igne perire iuuat  
 Omnes dicebam quot sunt in amore pusilli  
 Ludus enim fortes non capit iste uiros,  
 Fortis enim tenues stipulas ut flamma perurit  
 Nec facili durus flexitur igne chalybs  
 Sic amor est timido muliebria pectora morsu  
 Fortia non aliquo lædere dente potest  
 Quoq; magis credas pauca est narrare uoluptas  
 Est uetus, at multa fabula plena fide.

S Y L V A R V M

Liquerat Idalium uolucris comitata puella  
 Sacraque Pieridum uenit in arua Venus  
 Constitit aërio Pernaſſi in uertice montis  
 Musarum in uiridi ualle chorea fuit  
 Mout atrox pharetram prompturus tela Cupido  
 Quem peteret mater dum rogat, ille refert,  
 Vicinus his iaculis totumque subegimus orbem  
 In superos uires hæc habuere Deos  
 Mouimus his manes dominumque coëgimus orci,  
 Curribus insolitis ad noua furta uehi  
 Sensit in æquoreo qui seruat regna profundo,  
 Aequoreaque nurus, aëriumque genus  
 Sola meas nondum sensit percussa sagittas  
 Turba sub hoc ducens culmine læta choros  
 Nostra quidem steriles contemnunt spicula Musæ  
 Heu quid in his nostrum languit imperium?  
 Tum Venus ex imo suspiria pectore ducens  
 Tam quoque constantes aggrediamur ait  
 Et simul aërio de culmine lapsa resedit  
 Virginibus Musis taliter orsa loqui  
 Quid iuuat usque adeo sterilem producere uitam  
 Contemptrix nati turba nouena mei?  
 Marcet inutiliter sine me consumpta iuuentus,  
 Me duce quo melior germine fiat habet  
 Aut igitur mea sacra piæ celebrate sorores  
 Aut meus hæc uobis inferet arma puer

Contra

L I B E R I.

Contra quam breuiter fata est cui nomen amanti

Sic iussit sacri Regia uirgo chori.

Marti tela Venus, Marti Venus arma minare,

Torpet, & inter nos non uolat iste puer

Pierides castæ castorum numina Vatum

Turbaq; bellipotens in tua regna sumus

Palluit ut sperni uidit sua tela Cupido

Quem Venus in patriam sustulit alta Paphum

Nunc quoq; se castis uictum dolet esse puellis

Vincere quem fortes non potuerunt Dei

Tu uir es, & tales uidisti sæpe puellas

Nec tantum culta est Pieris una tibi

Ecquid adhuc igitur tantis exercite sacris

Ludicra non cessas ista prophana sequi?

Nec, quamuis poteras, audes uitare quod urget

Passaq; degeneri damna timore iuuas.

Ceu puer ostensi pavidus terrore flagelli

Concidit, & certum credit adesse mori

Quo ruis ab duris operate laboribus olim?

Te ne leuis mulier fortior una fuit?

Frangere truces laqueos, retinacem frange catenam

Vincitum est fortem dedecus esse uirum

Quid retineris adhuc? quid adhuc non pessima frangis

Vincula? fac fortes experire manus

Exue si quid habes quod non decet, indue quod te

Esse hominem faciat, non sinat esse feram

S Y L V A R V M

Cum brutis tibi communis fuit ista uoluptas  
Quæ precor ut noceat esse, fuisse iuuet  
Carmina sic olim tibi nostra fidelius ibunt  
Si modo, quod debes, carmina nostra probas  
Iam tibi quod longo uoluisti tempore carmen  
Antidotum morbo misimus ecce tuo  
Quod si prisca manet sub pectore flamma calenti  
Iam uirtus Musæ uestra iacebit iners.  
Vincere sed castæ Venerem potuere sorores  
Cum quateret castis tela minatus amor  
Et modo si solitæ superant in carmine uires  
Fertis ab immitti raptâ trophæa deo  
Ite triumphali redituræ fronde Camenæ  
Ite fugam timidus iam meditatur amor  
At tu qui nimio doluisti perditus æstu  
Iam nunquid quod ames displicet omne tibi?  
Viue decus uatisq; tui fratrumq; tuorum  
Atq; hoc o utinam liber ab igne, uale.

A D A C H A T I V M D E  
F O R T V N A

aus patriæ, specimen raræ uirtutis Achati  
L Reddita mi frater sunt tua scripta mihi  
Hoc etenim tu me ueneraris noie, quâquam  
Non tibi sit uultus uisa figura mei  
Sic etenim scribis, non uiso mitto salutem  
Si pateris fratri sed tamen Hesse meo

Grø



LIBER I.

Gratulor, oblatumq; libens amplector amorem  
Hic quoq; uirtutis pars habet ista locum  
Hanc quoq; tu missam nunquam mihi uise salutem  
Fratris ab officio candide frater habe  
Scribis ut annorum nondum sub mole labascens  
Floreat ætatis gratia uerna tuæ  
Hoc iniusta tamen tempus sub pondera cogi  
Curarum, quæ uix cana senecta ferat,  
Me quoq; grata suo uernans in flore iuuenta  
Quàm cuperem curis pluribus inuoluit  
Ut tu prima teris sexti uestigia lustris  
Nam tua sic de te littera testis habet,  
Sic mihi stat plenis ter septima mensibus æstas  
Et quintam incipimus uiuere olympiada.  
Sic nos pene pares spaciū facit utilis æui  
Cætera fortuna plus rationis habent.  
Ad studia accedunt animi communia nostri  
Palladia est nobis unus in arce locus  
Hæc faciunt ut te si quid fortuna laceſſat  
De cumulo credam deperijſſe meo  
Conqueritur siquidem pro te tua littera nobis  
Te nimis ingrata conditione premi  
Parce queri, non ergo tibi fortuna maligna est  
Si uerso ostendit pectore terga tibi.  
Insidet instabili fortuna uolubilis orbi  
Et nigra tectum sindone lumen habet

S Y L V A R V M

Passibus incertis & in hæc & in illa uagatur  
 Nec minimum constans temporis esse potest  
 Tam fouet indignos quàm dignos deprimat, errat  
 Non uidet, errorem quo tueatur habet  
 Deicit elatos, deiectos tollit in altum  
 Pessima sæpe bonis, optima sæpe malis  
 Nulli fida diu, nulli constanter amica  
 Nunc prius os a cupit, nunc adamata fugit.  
 Ludit & ostentat uires lasciuia potentes  
 Utq; oculo orbata est, sic ratione caret  
 Spernere fortunam dubiaq; resistere sorti  
 Præcipua hæc uirtus, hoc sapientis opus  
 Discere reluctantes rerum sufferre procellas  
 Quod fers perpetuum non erit illud onus  
 Quoque per aduersum uadas patientius æquor  
 Crede aliquem multo deteriora pati  
 Non ita te fortuna gradu deturbat ab alto  
 Ut loca non iterum tangere celsa queas  
 Sis ne uir attentat, deductam uellicat aurem,  
 Admonet, & memorem te iubet esse tui  
 Tristia ferre docet duro te posse flagello  
 Dum fauet, & fida est, non inimica tibi  
 Nulla quidem miseris uirtus obnoxia rebus  
 Casibus humanis cum sapiente nihil  
 Ridebat modici cultor Democritus horti  
 Tam bona quàm uolucris tristia facta Deæ

LIBER I.

Tu quoq; ridebis fatuae ludibria sortis  
Non cadit in uanos mens generosa metus  
Mens generosa polos ultra uolans ultima mundi  
Transiit, ex ista dicitur orta domo  
Semine caelesti sata mens caelestia quaerit  
Semina, terrenum cogitat illa nihil  
Haec res humanas pereunti comparat umbræ  
Et bullæ scopulos percutientis aquæ  
Despicit & scopulos miseræq; pericula uitæ  
Pertinuit fati nullius illa minas  
Pendet ab æterno cunctarum principere rerum  
Et quoties lædunt infera, summa petit  
Illic tutas hominum sordes ita respicit istas  
Ex illa rursus nolit ut arce trahi  
Perlegis hæc animi mordaces passe tumultus  
Et mala adhuc dubitas quantulacunq; pati  
Non dubitas, quid enim dubitet qui sæpe malorum  
Speret mutatas posse redire uices?  
Hoc te consilijs decuit prudentibus usum  
Hoc ut agas nunquam desine, uictor eris.  
Ipse ego qui calamo primus rude carmen agrestis  
Teutonicis lusi temporibusq; meis  
Cuius habet scriptos Germania tota libellos  
Gloria nam sola est illa relicta mihi  
Fatis iactatus uarijs per mille labores  
Voluor ut in medio gurgite quassa ratis

S Y L V A R V M

*Nondum quem uolui licuit contingere portum*

*Errat adhuc dubia nostra phaselus aqua*

*Omnia cum sorti cedant, sperare relictum est,*

*Per mala spes animos ad meliora leuat*

*Sperandum est, bona speratis meliora dabuntur.*

*Desperet quisquis non putat esse Deum*

*Accusare igitur fortunam parce nec illi*

*Imperij certa soluere iura sui.*

*Regnat regnabitque potens animosa uirago,*

*Omnibus inuictos fulminat ante duces*

*Fulminet, insurgat, ludat, lasciuiat, erret,*

*Sit Dea, nos illam nouimus esse nihil*

*Siquid erit tamen, est rerum mutabilis ordo*

*Diuersas caelo sufficiente uices*

*Viue igitur, non sunt elegi maiora sueti*

*Per non prauis pondera ferre uias*

*En tibi pro paruo nō paruum epigrāmate carmen*

*Expecto nunquid tu quoq; nostra probes*

TEMONIO ROMAM ABE

VNTI.

*bis Romuleos Temoni chare penates*

*I O utinam tanta sim comes ipse uiae*

*Vade bono auspicio terras uisure beatas*

*Linque Lycaoniae subdita regna ferae*

*Assiduo peragra gaudentes Marte Polonos*

*Et pete Mysnae proxima rura plagae*

*Inde*

LIBER I.

Inde tuæ patriæ circumfita moenia transi  
Quæ Thyringa sinu diuite seruat humus  
Ingredere audaces, Baccho loca consita, Francos  
Hospicium fesso Norica rura dabunt  
Vindelici excipient bello gens clara Sueui  
Quiq; Athesim circum Rhoetica rura colunt  
Quæ loca sollicito peragras dum singula passu  
Qua debes Hessum respice mente tuum.  
Illum namq; aliqua sine te uix parte quietum  
Frigida Sarmaticis detinet ur̄sa plagis  
Iam mihi per Scythicasq; niues, et frigora pontis  
Iam tecum est seuos impetus ire Getas  
Scilicet et Romam sine me Tyberimq; uidebis  
Et Capitolini diruta templa Iouis  
Quæq; referre mora est tantam spectanda per urbem  
Sed loca præteritum non habitura decus  
Vade tamen, quoniam sic te fortuna uolentem  
Versat, et a nobis tam procul ire iubet  
Vade Tridentinas arces, Athesimq; superbum  
Traijce, et Adriaci regna Leonis adi.  
Ausonias urbes ex ordine quamq; saluta,  
Quæcunq; est aliquo nobilis ingenio  
Magna, tuo salue maior Verona Catullo  
Plinius hic cunas unus et alter habet  
Nescio si Venetos iubeam saluere penates  
Cæde deos faciles non habet iste locus.

S Y L V A R V M

Dic tamen auspicio sed prosperiore, ualete  
 Nullus in hoc iterum fulminet orbe Deus  
 Inde ubi contigeris Thebane culmina Mantus  
 Submisso geminum poplite flecte genu  
 Hic uolat astriferum sublimis ad æthera Cignus  
 Hic sedet Andinas Tityrus inter oues  
 Salue parua domo, meritorum maxima cultus  
 Mantua præsentes digna uidere Deos  
 Si libet ire potes periuri Antenoris urbem,  
 Hic tibi dum properas sit mora longa caue.  
 Nam cladem Veneti nunc sentit & ipsa Leonis  
 Quassaq; Teutonici fulminis igne iacet  
 Aspicias alias nostri non immemor urbes,  
 Et meus hic dices Hesus adesse uolet  
 Post exacta uiae grauioris tædias postquam  
 Pene satis mediam uideris Italiam  
 Aspice Romuleos septem miracula, colles  
 Celsaq; Martigena mœnia structa manu  
 Vade caput mundi Romam, loca sacra, saluta,  
 Illic summa tui meta laboris erit  
 Salue terrarum domitrix, patrio æmula cœlo  
 Heu tamen heu opibus perdita Roma tuis  
 Protinus aspicias sæcli monumenta uetusti  
 Hei qualis prisco tempore Roma fuit  
 Cæsareas arces Capitolinumq; uidebis  
 Forte litum multo puluere stare Iouem  
 Enumerare

L I B E R I

Enumerare piget quae tu miraberis quando  
Lustrabis celebres cautus in urbe locos  
Vadis & heu nostro iam non retineris amore  
Dij faciant dextro sydere semper eas.  
Quaeq; iterum referent nobis te fata precabor  
Sic referant illo tempore, sicut abis.

AD BONAEMILIVM NON AMA  
RE SE PVELLAM CVIVS  
EVM INSIMVLAVERAT

esse cupidinea iam non semel arte Georgi  
Me quoq; nunc aliquod vulnus habere putas  
Vnde habeas? quis me feriat? quibus appetat armis?  
Quis mihi non merito tam ferus esse volet?  
Captus es aiebas laqueoq; reuinctus amoris  
Non hoc expertum posse latere puta.  
Namq; quid assidui gemitus & crebra puellae  
Vnius, & nimium mentio grata tibi?  
Secreti tandem in latebras quid ab urbe recessus?  
Quid rogo cum sola uirgine semper abes?  
Quid rogo quod tota nemo iam nescit in urbe?  
Non hoc expertum posse latere puta  
Scimus & experto credendum in amore putantes  
Mens tamen est testis uerior ipsa sibi  
Parce comes, uitaeq; precor pars altera, nostri  
Non ego sum Paphia pectora laesus acu  
Flavia Sarmaticas nunquam descendit in oras

S Y L V A R V M

Illas meas flammās abstulit, illa tenet.  
Non tamen est ratio cur non ego rursus amarem  
Si, quod amem, tellus præbeat ista mihi  
Sed quod in has animum demittam Phyllidas, erras,  
Pectora non telum quodlibet ista ferit  
Quam mihi tu memoras, quam me causaris amare  
Hei mihi quam docto luditur ista dolo  
Quamuis, ut fatear, non sic hostiliter odi  
Phyllida, ut hanc nobis quamlibet esse uelim  
Namq; meo infelix ut amore fideliter ardet  
Non titulum fraudis debet habere meæ  
Si qua ctenim sacro dicatur amata poetæ  
Libatæ precium uirginitatis habet.  
Non capit inuictum timidissima dama Leonem  
Non tenet immitem parua capella Lupum  
Si qua placere uolet placeat cui conuenit illa  
Nos cælo uates proxima turba sumus.  
Parce igitur tali succensum credere flamma.  
Qui iam molliculus desinit esse puer.

A D I O A N N E M D A N T I S C V M S E  
C R E T A R I V M R E G I V M.

uæ pperata tuas mihi ptulit hora cæmenas,  
q Hæc eadem, ut cernis, reddidit ista tibi  
Nam mihi uix spaciū quo respondere parare  
Etcalamo digitos applicuisse, fuit.  
Sed fuerit properata licet tua musa putares

Conatans



LIBER I

Conatam melius non potuisse coli  
 Nulla Venus Phrygia formosior esset in Idas  
 Nulla uel in patrio flumine lota Dryas.  
 Excelsa uirides lauros in fronte gerebat  
 Vincebant Paphias lumina bina faces  
Fratrabant niueo teretes in pectore mammæ  
 O etiam magnis nympha petenda Deis.  
 Quo tamen implicitos odiosa Methaphora nodos?  
 Quid iacis incertos stridula musa sonos?  
 Tam mihi uisa decens, tam uiuida tamq; diserta  
 In subito excussis est tua musa modis  
 Talia qui scribit subito dictata furore  
 Qualia legitimo tempore scripta dabit?  
 Cedo libens, istoq; tibi certamine palmam  
 Offero, laus Musæ quantulacunq; meæ est  
 Nos canimus magno uictricia iubila Christo  
 Ut cogunt uites humida præla nouas.  
 Quod tamen hæc scribis subito fluxisse calores  
 Plus quoq; quàm credi quod potuisset erat.  
 Libera musa animos à carmine sumit, et audet  
 Contrahere in paruas tempora longa moras  
 Sed tamen ista tuæ fuerit sua gloria Musæ  
 Plus merito certe carmina nostra probas.  
 Sum tuus æternoq; tibi deuinctus amore  
 Pro quo perpetuo tu quoq; noster eris  
 Quod petis ut ueniam conuiuia rogatus, habeto

## S Y L V A R V M

Quod pro me reddit littera nostra tibi  
Si potero rebus non impediens istis  
Me quibus implicitum cura molesta premis  
Principe si demum uacuo spirare licebit  
Ad coenam uenio dulcis amice tuam  
Sed uenio, quid enim tibi non concesserit Hestus  
Parca modo coenae pars uolet esse meae  
Non Venerem, non uina peto, satis ipse superq̄  
Sufficis in partes has nihil adde precor  
Si tamen adfuerint Venus & cornutus Iacchus  
Accedet nostro gratia tota choro  
Hoc tamen accipies dictum ratione pudica  
Nequitia à uersu debet abesse meo  
Viue uale, & placida properatam fronte Thaliano  
Accipe, sic tecum quem petis hospes erit  
A D E V N D E M D A N T I S C V M.  
egimus hesternae ductas tibi luce Camenae  
L Pauca sed aeternum carmina digna legi  
Nostra tamē sero tibi quod responsa leguntur  
Est eadem nobis quae tibi causa fuit  
Scribis ut hesternum nimium madefactus Iaccho  
Cyclopas capiti credis inesse tuo  
Credibile est, nec enim nouitas haec rara poetis  
Quos fouet in molli gratia blanda sinu  
Sicut enim genio reliquis meliore beati  
Sic etiam uita liberiore sumus

Præcipue

LIBER I.

Præcipue si quando choro conuenimus uno  
 Luxuriat blandis gratia picta iocis  
 Tunc nullos critica trutinamus fronte Platonas  
 Tunc procul inuisus cogitur ire Timon  
 Sed Veneri, & Musis facile indulgemus, & illis  
 Qui capiti fecit pondera tanta tuo  
 Tunc Venus Idæis circumdata floribus ultra  
 Aspirat pictis nuda cupidinibus.  
 Tunc quoq; se nobis talem manifesta fatetur  
 Qualis ad Anchisen dicitur isse suum  
 Latior hic solito pulcher bona cornua Bacchus  
 Sauciat infuso pectora nostra mero  
 Saucia concipiunt genialem pectora flammam  
 Urget in assuetos ebria Musa sales  
 Natura hinc surgunt subiti dictante lepores  
 Innumeri risus, innumeriq; ioci  
 Quocirca nihil est quod uel mirere grauari  
 Vel metuas Hesso non placuisse tuo  
 Vina animos ut mane grauant, ita uespere tollunt  
 Leticiamq; omnem frigide somne fugas.  
 Omnia quæ fueras Hesso presente loquutus  
 Ne dubita in partem suscipit ille bonam.  
 Atq; utinam quidam non deteriora loquantur  
 Qui mihi nescio quo iure nocere student  
 Quos, ubi me nequeunt iusto comprehēdere morsu,  
 Non tamen iniusta pendere lance pudet.

S Y L V A R V M

Tu uero celebres inter numerande poetas  
 Scripta probas Hesi qualiacunq; tui,  
 Et quoniam nostras laudas Dantisce Camenas  
 Te proprijs dignum laudibus esse doces.  
 Ergo te merito nostrorum inscripsimus albo  
 Ultimus à primis ne uideare, Vale.

TREBELIO POETAE UT PARET  
 CONVIVIUM

am nouus illines dimouit Lucifer umbras  
 Et nitida totam luce colorat humum.  
 Milia per frödes auitü noua carmina cātant  
 Iam legit humentes uida puella rosas  
 Ad sua mortales redeunt opera, orta q; phœbi  
 Lumina sollicitis conspiciunt animis  
 Lauti para non pulueribus condita Sabæis  
 Prandia, non Siculas, pontificumue dapes.  
 Auricomus medium cum sol ascenderit orbem  
 Et breuis ex omni facta erit umbra loco.  
 Ecce tuas uenio conuiuia iniussus ad ædes  
 Spargito uirginibus musica strata rosis.  
 Formosæ mecum Veneres tua tecta subibunt  
 Non quales uel Erix uel tenet alta Paphus  
 Sed quales Heliconue colit sanctusue Cytheron  
 Quas male contingi laurea casta uetat.  
 Hæ nec edunt epulas, nec uina liquentia potant,  
 Efficiunt saturas uerba leuesq; ioci

Ridicula

LIBER I.

Ridicula addideris mendacia, protinus omnes  
Insana quatiene tympana raptam manu  
Oscula libabunt non qualia Cypris Adoni  
Sed quale Endimion frigida Luna tibi  
Qualia Atty Phrygio Diuum dedit oscula mater  
Mater in Idæis cognita diua iugis  
Tu modo Pierias nunquam fugiture sorores  
Ex nostro uates non abiture choro.  
Non supra charo duo fercula pone sodali  
Sintq; ea lauta uelim quam preciosa magis  
Non ego condito ficus in iure natantes  
Nec moror ardenti Myrrhina rubra croco  
Non etiam Scythico uolucrum de Phaside missam  
Non etiam clunes aduena Turde tuas  
Ista iuuent quibus est signata gloria frontis  
Quos exacta sui pascit opella gregis  
Nos humiles gula non uexet lasciuior æquo  
Luceat exiguo nostra culina foco.  
IN POETAM QVENDAM QVI  
PRO CHRISTO PHOEBVM IN  
carmine inuocandum scripserat.  
um noua Sarmatici canerẽ cõnubia Regis  
e Vix bene præcipiti carmina ducta manu  
Friuola mendacis reieci numina Phoebi  
Inq; meo primus carmine Christus erat  
Legerat hoc quidam diuini nominis hostis

S Y L V A R V M

Et falso dixit nomina uatis habes  
 Vatibus aspirat uictura poemata Phœbus  
 Sordet & est Christo gratia nulla tuo  
 O furij's uox digna, tuo dignissima Phœbo  
 Quid rogo Christicolam dicere peius erat?  
 Vana ne? pro ueris Phœbi ne ego numen adorem?  
 Num ferar ingratus maxime Christe tibi?  
 Cuius & hoc habeo præter tot milia, munus  
 Quod mihi non tantum uena maligna fluit  
 Prisca Deos coluit lapides & ligna uetustas  
 Et tot fictitios nil nisi monstra loues  
 Numina Christigenæ docti meliora poetæ  
 Imbuimus trino carmina nostra Deo  
Est Deus in nobis, non qualem Naso canebat  
Christo non Phœbo pectora nostra calent  
 Est Pluto in uobis agitante calescitis illo  
 Sedibus infernis spiritus iste uenit  
 Sed tamen est ratio cur Phœbum agnoscere possis  
 Et Musas dicas carminis esse duces  
 Non ut honore Deo, non ut uirtutibus æques,  
 Non ut adorandum numen habere putes  
 Musæ, Mercurius, Phœbus, Pan, Liber, Apollo  
 Nomina sunt uni contribuenda Deo  
 Ludere nominibus licuit semper q; licebit  
 Credere nequaquam numen habere licet  
 Sed quis in hac adeo tecum certarit arena

Confossus

## LIBER I

Confossus iaculo concidis ipse tuo  
Tu tamen insidijs mecum congresse, fateri  
Non audes nomen uane poëtatuum  
Et cum me uersu plus quam frigente laceffas  
In numero uatum uis tamen esse miser.  
Nunc age responde, nunc te mihi perge fateri  
In uiuis aliquod si modo nomen habes  
An metuis quem sic contempseris? an ne timendus  
Qui nihil argutum concinit esse potest?  
Deniq; si solus satis est in carmina Phœbus  
Qui potuit Phœbus cedere Christe tibi?  
Phœbe magister ades te Marsia prouocat alter  
Ecce tibi hæc etiam dilanianda cutis  
Non igitur uates triuiali cede poëtæ  
Sume age pro Phœbo fortiter arma tuo  
Non ego secreto tecum luctabor in ætro  
Sed doctos tecum stabimus ante uiros  
Tu Phœbi tripodas, nos Christi signa feremus  
Partaq; uictori gloria munus erit

### AD STURNVM POETAM

turne Latinorum consors non ultime uati  
S Carmina Pieria clangere docte cheli  
Blädior & Paphijs genio spirante colūbis  
Et quo nec moriens dulcior esset olor  
Gratulor hoc primum quòd te patriæq; lyræq;  
Consortem dederit Christus Apollo mihi

S Y L V A R V M

Inde quod obtigerit tanto placuisse poetæ  
 Teutona qui Latij fontibus arua rigat  
 Quod mihi par studium te coniunxisse fateris  
 Causa pari nobis conuenit ista modo  
 Scilicet unus amor uatum, Deus unus, et unum  
 Quod studium cœlo nos docet esse fatos.  
 Quæ tamen ex æqua mihi carmina scribis amussi  
 Non nihil immistum disparitatis habent  
 Namq; quid usq; adeo musam mihi subijcis istam  
 Teq; gradu nobis inferiore locas  
 Sicut anas Aquilam, Phœbæum passer olorem  
 Ut fatuo cedit Dauias ales Iti  
 Sic ego te supero, sic te post terga relinquo  
 O celebris titulo gloria parta meo  
 Sed placet hoc uestro quod me dignaris in albo  
 Atq; aliquid tantæ sortis habere putas  
 At tuus exiguis fidibus quàm grandia pulsat  
 Plectra? quibus numeris tantus Apollo sonat?  
 Sed puto legisti, qui se abiicit ille resurget,  
 Qui se sustulerit rursum ad ima cadet  
 Hoc ita si reputas non erras, scilicet ista  
 Ad superos itur non potiore uia  
 Sed quod amicitiam nostram te uincere scribis  
 Nescio qua dictum conditione putem  
 Si quia tu uates prior es concedimus istuc  
 Si quod amas uinclo proximior e nego  
 Semper



LIBER I.

Semper enim sacros colui ceu numina uates  
Tantus in hoc uatum pectore flagrat amor  
Sydera conuersis prius omnia legibus ibunt  
Quiq; modo est oriens, hic modo uesper erit  
Tota prius solitum cursum natura negabit  
Vno conuenient ignis & unda locos  
Quam nequeam toto uenerari pectore uates  
Quos leuat ad superas musica uita domos  
Ergo ego te uatem quo primum tempore uide  
Per musas tacite deueneratus eram  
Teq; salutatum uolui misisse, sed illam  
Causa uoluntatem quae prohiberet erat  
Ergo age nostrarum patriæq; lyræq; sodalis  
Fer precor officium non ualuisse meum  
Sic mihi qui cecinit uocalis carmina Sturnus  
Luscinia dicam uincere sæpe melos

AD AMICVM CVR VOCE

TVR HELIUS

elius unde meum ueniat prænomen in usum  
H Indicio quæris certior esse meo  
Accipe, ne quicquã frustra petiisse queraris  
Dispeream possum si qua negare tibi  
Helius Argiuum, sol est sermone Latino  
Helius est quisquis numina solis amat  
Quid mage conueniens uati quam nomina Solis  
Quem uocat & sentit musica turba patrem

## SYLVARVM

Nomine maiestas Solis non finit in uno  
Conueniant uni nomina plura Deo  
Quippe idem Sol Mercurius Mars, Liber, Apollo  
Creditor, et signis pluribus esse liquet  
Ille regit uates, diuinum inspirat amorem  
Solis ab influxu spiritus iste uenit  
Et nisi diuini fallunt oracula Platonis  
Esse nequit uates quem fugit ille Deus  
Quinetiam si nullus ero et sine numine uates  
Helius est certe qua ratione uocer.  
Sol mihi nascenti primo praeluxit ab ortu  
Et quia prima mihi, Phoebi erat illa dies  
Grata Deo Soli Lyra tunc fulgebat in astris  
Natali primum surgere uisa meo  
Iam ter quinque ierant à nato secula Christo  
Annos deme tamen cum tribus inde decem  
Non ego falsa loquor, uertentem consule mundum  
Sacra dies iam Regibus illa fuit  
Has tibi de multis placuit conscribere causas  
Quas ueras certe nominis huius habes  
Quas ipsas aliquo tamen olim carmine dixi  
Cuius cum nequeas ultima, prima uides  
Hec siquidem superant, perierunt illa, quod olim  
Sparserat incauta stulta iuuenta manus

Finis

DOMINO

# DOMINO GE

ORGIO STURTIADAE

Medico excellenti amico Sum  
mo suo Eobanus Hessus

S. D.



VI DONO LE  
pidum nouum libellū  
Arida modo pumice  
expolitū? Georgi tibi.  
Namq; tu solebas, me  
as esse aliquid putare  
nugas: libuit enim ele  
gantissimi poëtae uer  
bis alloqui te Sturtiade charissime, ut statim intelli  
geres non eo tantū nomine quòd plurimi me facias,  
sed & alijs de causis secūdum hunc Sylvarum meo  
rum librum tibi destinari. Qui cum & tuum no  
men aliquoties, & aliorum quorundam Erphurdi  
ensium amicorum celebret, tum ipsius quoq; ciuita  
tis in qua tu honorificentissime uiuis causam agat,  
cui merito magis quàm tibi dedicaretur non uidebā:  
& iam dudum circumspiciebam animo, quonam ali  
quo grati animi testimonio tuis in me tot collatis be  
neficijs aliqua saltem ex parte responderem. Cum  
autem hoc tempore sex hos Sylvarum mearum, sic  
enim confusissimam hanc uersuum congeriem ep

## E P I S T O L A

pellare libuit, libros cū diu iā uel dilituissent apud  
 me, uel pegrinati ac distracti mille modis exulassent  
 tādē aliquādo uelut postliminio domū reuocatos  
 emittere statuissem, uenit in mentē mihi non incō-  
 mode facturum me, si cōgregatos nō uni alicui, sed  
 singulis patronis singulos cōmendatos, nō in serui-  
 tutem utiq; sed emissos manu in libertatem traderē.  
 Quid enim simile habent liber & mācipium? cum  
 hoc ne efferre quidē pedem extra limina citra do-  
 mini uoluntatem audeat, ille ne iubente quidem do-  
 mino, ubi semel euagatus fuerit reuocari domum  
 unquam possit (uerbi ambiguitatem intelligis) Quā  
 quam uero huiuscemodi libertas periculosa esse so-  
 leat, tamen multa sunt quæ me consolātur, & spem  
 bonam faciunt fore ut minime uel damno uel pudō-  
 ri nobis futura sit isthæc audacia. Primum nomi-  
 nis tui authoritas, quæ non minimam libro gratiam  
 uidetur cōciliatura. Deinde quod multorum in hūc  
 usq; diem simili ratione editorum haud quaquam  
 me poenituit nam: & Theocritus meus & alia non  
 parum multa in hac Norica ciuitate à me edita, sum-  
 mam mihi laudem etiam apud exteras nationes pe-  
 pererunt, & ad reliqua quæ adhuc sub manu sunt,  
 inter quæ potissima meo quidem iudicio est Home-  
 ri uersio, absoluenda & edendaq; multum animi adie-  
 cerunt. Nam de Heroidibus & Aphorismis tuendæ  
ualetudinis

## EPISTOLA

valetudinis nostris, quid metuam, cum à meipso nūc  
per summa diligentia recognita, multoq; quā ante  
fuerant facta meliora, iterum in manus hominum  
exierint. Taceo mille alia in publicam lucem à me  
ædita, quorum quā paucissima, exceptis dūtaxat  
quibusdam quæ prima ætas incautius effudit, reuo-  
cata uellem. Quare mi Sturtiade librum hunc syl-  
uarum mearum ordine, ut uides secundum tibi ecē  
am atq; etiam cōmendo, rogoq; ut eum tuo nomini  
tuæq; fame immortalī inscriptū eo fauore eaq; gra-  
tia prosequaris, quibus meipsum soles. Quod si fa-  
cies & uoluntatem meam tibi fuisse gratam ostēda-  
des, et me uel ad maiora deinceps audēda cen-  
pposito exemplo animabis. Vale Noriber-  
gæ Mense Martio M. D. XXXIII.

# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LIBER  
SECUNDVS.

AD SENATVM ERPHVRDIENSEM  
pro instaurāda schola collapsa exhortatio.

sepe graues dubijs nutarunt casibus urbes  
S Quassatæq; domus nec cecidere tamen  
Languida sepe suæ rediere in corpora uires  
DD

S Y L V A R V M

Sæpe salus præter spem recidiua uenit  
 Quod si tam libeat quam possumus ista probare  
 Quem dabis exemplis nostra Thalia modum?  
 Quidue peregrinis cumulare domestica prodest  
 Nulla magis læso quam sua plaga dolet.  
 Ipsa suas & regna uices, & tempora mutant  
 Quis uetet hac urbes conditione trahi?  
 Rebus in humanis ludit, lasciuat, & errat  
 Nixa uolubilibus lubrica Diua rotis.  
 Atq; ita nobiscum uires experta potentes  
 Qua modo spirabat blandior aura fuit.  
 Incluta iam nimis Erphurdia fracta procellis  
 Sorte uidebatur commodiore frui  
 Iam uelut optatum spectabat naufraga portum  
 Innumerabilibus fluctibus icta ratis  
 Horridus incubuit Boreas, & nubilus Auster  
 Tempestas subitam condidit atra diem.  
 Parce tamen dubijs inuoluere uera, tuoq;  
 Quæ canis Vranie carmina more cane  
 Vos quibus est commissa salus, & cura tuendæ  
 Huius ut emineant, quam loquor, urbis opes  
 Consilijs quorum ueterem Respublica casum  
 Sarcit, & utilibus damna priora leuat  
 Conscriptiq; Patres lectiq; sacerq; senatus  
 Res mihi uobiscum est, uos mea uerba petunt  
 Debit hoc eciam uestris accedere fatis

Huius

LIBER II

Huius ut occideret maximus urbis honor  
 Ut uelut e manibus maiorum tradita uobis  
 Eriperent alia commoda uestra manus  
 Ut quam tot proau uoluerunt dotibus auctam  
 Vos maneant uestræ damna pudenda scholæ  
 Qua quam tum multos Erphurdia floreat annos  
 Vtraq; iam Phœbi Regia scire potest  
 Quæ nunc agras suæ florem periisse iuuentæ  
 Mæret honoratum puluere sparsa caput  
 Quippe iacent studia, ingenijs laus omnis adæpta  
 Non est ingenuis artibus ullus honor (est  
 Sed uelut indoctæ sint facta opprobria plebi  
 Dicuntur sacris esse uenena libris  
 Atq; adeo nusquam magis hæc sentina malorum,  
 Non alibi pestis foedius ista furit  
 Non sat erat ueteres rerum uidisse ruinas?  
 Non tanquam patriæ composuisse rogam?  
 Non satis extinctæ cineres legisse, nouamq;  
 Ceu de relliquijs constituisse suis?  
 Hoc nisi triste malum uos inuasisset, et omni  
 Parte laborantes depopulasset opes  
 Qua tñ hæc culpa, quorumq; uenire querendū est  
 Quæ mala nunc uestri caussa doloris erant  
 Non mala uis hominum, non uestra incuria Patres  
 Non aliqua coelum pestilitate nocens  
 Non neglectus honor studiorū, aut improbus ordo

S Y L V A R V M

Vis alia accepti uulneris author erat  
 Nuper ut adseruit Christo sua signa Lutherus  
 Romaniq; tulit friuola regna patris  
 Iamq; satis populum multi doctiq; docerent  
 Quorum clara patent nomina mille locis  
 Irrepsero nouis studiorum fraudibus hostes  
 Turba satis ficta simplicitate potens  
 Qui quoniam studijs nihil insumpsere laboris  
 Nec nisi barbarica garrulitate ualent  
 Haftenus abiecti miserum & sine nomine uulgus  
 Inscitiæ in pœnam delituere suæ  
 Nunc quærendi aliquos, ceu nacti tempus honores  
 Artibus indicunt bella nefanda bonis  
 Inuenere eciam qui non modo cœpta probarent  
 Verum etiam auxilijs prosequerentur opus  
 Nam quis non uideat studijs eademq; professis  
 Maxima pars populi quàm sit amica parum  
 Opportuna malis ergo ignorantia uulgi  
 Huic fomenta igni materiamq; dedit  
 Qui quia tam late est in proxima quæq; uagatus  
 Nequaquam extingui qualibet arte potest  
 Vestro opus auxilio, uobis ea cura relicta est  
 Sitq; utinam, certe debuit esse, Patres  
 Aspiciate ut iaceant istæ sine honoribus artes  
 Maxima quæ uobis gloria nuper erant  
 Ut taceam nostræ quantas inuexerit urbi

Diu



L I B E R II.

Diuitias huius prodiga fama scholæ  
 Hoc dicam, uos nulla magis commertia rerum  
 Gentibus externis conciliasse liquet  
 Vera magis Pythij non sunt oracula Phœbi  
 Quàm mea uerba, aliquam uix habitura fidem  
 Quàm late, quàm longa patet Germania, nusquam  
 Fama obscura scholæ nominis huius erat  
 Namq; omni circum confluit ab orbe iuuentus  
 Ceu data pacificæ pignora amicitiæ  
 Quæ cum diuitias multos hucusq; per annos  
 Intulerit multas, extulit inde nihil  
 Permutatio opum ciues exhaurit & urbem  
 Sæpeq; res uanis mercibus emptæ perit  
 Hæc minime fallunt, hæc certa negocia ciues  
 Pauperie, nullo scœnore facta, leuant  
 Adde quod & studijs Respublica floret, at illis  
 Si careat, florem non habet illa suum  
 Quæ nunc uana animos dementia fregit, ut essent  
 Quorundam fallax qui sequerentur iter?  
 Inde quid? inuidiæ, fraudes, discordia, sectæ  
 Falsaq; libertas, & simulata fides  
 Multa referre piget, puduit quoq; talia, uerum  
 Me studiorum isthæc scribere iussit amor  
 Nec uoluit pius ista scri documenta Lutherus  
 Sed quid agat? pondus grandius ille tulit,  
 Non potuit leuibus leges præscribere linguis

S Y L V A R V M

Quæ grauibus propria sponte uenire solent  
 Illum alijs curis exercuit arca Christi  
 Horrea multiplici dum sacra messe grauat  
 Vester hic ergo labor, uestrū hoc opus, urbis hono  
 Quam colitis, prompta restituisse manu (rē  
 Quod facile est studijs ab iniqua clade redemptis  
 Reddere, prædones quod rapuere, decus  
 Ergo agite adscriptiq; Patres & lecte Senatus  
 Vestrae conuulsas adserite urbis opes  
 Reddite, quem studij ferus abstulit hostis, honorem  
 Reddite labentis prodita regna scholæ  
 Inter tot pudeat mala, & hæc ludibria passos  
 Quæ uix simplicitas debuit ulla pati  
 Errorum populi pudeat fraudisq; malorum  
 Sit satis armatas non habuisse manus  
 Sit satis ista palam scelerum licuisse ministris  
 Iam libeat nugis imposuisse modum  
 Et quod oues decuit pro munere sanguinis emptas  
 Ex omni urgentes parte cauete lupos  
 Neu populi sanctos incauta licentia mores  
 Exuat, & falso libera peius amet,  
 Inclyta neue scolæ pereuntis gloria cesset  
 Hic ego per superos uos monuisse uelim  
 Quoque modo id fiat non est graue dicere, uerū  
 Velle, satis magni ponderis instar habet  
 Velle prius liqueat, tum qua ratione resurgat

L I B E R    I I .

In promptu est miseræ dicere fama scholæ  
Vester honos agitur, uestrum decus, omnia uobis  
Scribimus hæc, uobis consilia ista damus  
Ipse licet uestræ uix sim quota portio plebis  
Ferre aliquid poterit pars quota fors an opis  
Consilia exigua modo ne contemnite Musæ  
Sæpe eciam magnos parua iuuare solent  
Quod si forte scholæ sortem casumq; doletis  
Hanc uelut e tenebris uos reuocasse canam.

I N E B R I E T A T E M .

uper ut humanos Arete respexit ad usus  
N Iussa loco uicijs cedere, liquit humum.  
Quæ simul ac terris supera attigit alta reli  
Irrepfit scelerū pestis & omne genus    (Etis  
Et ne forte iterum mortalibus influat, omnis  
Ad terram, reditus qua sit, adempta uia est  
Namq; Ducem contra fortem Rex misit Auerni  
Illa est, si nomen queritis, Ebrietas  
Castra loco posuit quo non habitator alter  
Olim uirtuti cœlitibusq; fuit  
Sed neq; degeneres adeo conserdit ad Indos  
Extulit ad Numidas nec sua signa uagos  
In medio Europæ sedem stabiliiuit, & armis  
Teutonas inuictos illius arma premunt  
Orbis enim postquam fortissima molibus armis  
Occupat, hostiles non timet inde manus.

S Y L V A R V M

Et quamuis alijs quoq; gentibus imperet, illam  
 Nulla tamen studio sedulior colit  
 Illa adeo nostrum pestis sibi subdidit orbem  
 Ut gerat arbitrio publica quæq; suo  
 Quandoquidē heu nimium nō est opus indice & istis  
 Temporibus constet notius esse nihil  
 Quineciam accessit uicioso gloria mori  
 Peccatoq; boni nomine uenit honor  
 Venit honor uitio, uirtus iacet, ocia regnant  
 Mollia, dum uentri uiuimus atq; gulæ.  
 Improba dum nimio facimus conuiuia luxu  
 Inq; malos mores prodiga turba sumus  
 Languit omnis honor studiorum militie  
 Armaq; dura prius mollia facta iacent  
 Senior hac nunquam pestis, nec atrocior hostis  
 Teutona uictrici uenit in arua manu  
 Non adeo nostras Romana potentia uires  
 Fregit, mille licet miserit illa Duces  
 Quod non mille duces plures potuere per annos,  
 Continuis perdit cladibus ista lues  
 Ut taceam famæ qualem denigret honorem  
 Hei mihi quantum animis corporibusq; nocet  
 Ingenij exhaurit uires, animiq; uigorem  
 Siq; quid est clari luminis omne rapit  
 Corporis eneruat robur, succumq; iuuentæ  
 Exprimit, ut uites humida præla nouas

Omne

LIBER II.

Omne decus formæ perimit, sugitq; colores,  
 Larvarum similes uultibus esse facit  
 Inde tot erumnae malesani corporis, inde  
 Tot lædunt stomachum, tot nocumenta caput  
 Inde manus tremulae, pallor, timor, anxia mentis  
 Conditio, & nunquam tuta animi requies.  
 Hinc matutinas exhalant ora mephytes  
 Deformat putres pendula bucca genas  
 Hinc semper grauibus stillantia lumina guttis  
 Hinc ruga & scabie semper arata cutis  
 Hinc male consistens titubantis inertia lingua  
 Verbaq; inaudaci semuloquuta sono  
 Nocturna infestant furiales tempora somni  
 Et lemurum miscent Eumenidumq; choris  
 Horrida sepe eciã huic comes est epilepsia morbo  
 Quæq; cito in mortem membra apoplexis agit  
 Vidi ego non paucos maniam traxisse molestam  
 E tam deformi luctificaq; lue  
 Atq; aliæ innumeræ, quis enim cõprehendere possit  
 Quot mouet pestes tam Camerina nocens?  
 Quid referam quantis animam post fata ruinis  
 Quamq; grauet pœnis intolerabilibus?  
 Tot uiciorum etenim genitrix, tot caussa malorum  
 Toxicæ pestifera seminat atra manu  
 Iurgia: furta: doli: fraudes: iniuria: cædes  
 Incestus: stuprum: raptus: adulterium

S Y L V A R V M

**F**astus: auaricies: luxus: gula: liuor: & ira  
 Pigrities; ista sunt sata iacta manu  
**P**robra, nefas: rixas: discordia: bella: rapinas  
 Semina si nescis illius esse scias  
**A**t poterat Veneris tolerari blanda uoluptas  
 illius & fors an cura futura fuit  
**T**riste malum hoc postquam radices altius egit  
 Quo magis euulsum est, hoc magis haeret humo  
**A**dde quod illa animos ita conficit improba pestis  
 Vt nihil egregium praecipuumq; petant  
**S**ed uelut Asphalti mens tacta bitumine stagni  
 Langueat, & miseris defluat agra modis  
**T**um carpit stupidos demens uecordia sensus,  
 Tum spes destituunt, & ferit ossa pavor  
**F**lamma uelut nebula fumi compressa residit  
 Ebria mens proprio munere cassa iacet  
**N**on opus aratas armare in bella cohortes  
 Victa iacet uitio Teutonis ora suo  
**E**n uictrix nostras ut Asotia possidet urbes  
 Et miseros cogit iura superba pati  
**Q**uem semel ut nostris pellamus finibus hostem  
 Sit pudor in tantum degenerasse nefas  
**O**mnibus inuictas nostri uicere parentes  
 Nunc uicia haec nobis uincere nostra graue est  
**O**rbis uictorem populum discordia uicit,  
 Nos nisi uicisset, uicimus, ebrietas

O que

LIBER II.

O quibus est igitur iuuenili in corpore robur  
Et solidae uires, ingeniumq; uiget  
Spernite degeneri conuiuia perdita luxu  
Sit medium, & constans inter utrumq; modus  
Nam semper sapere & mensas odisse iocosas  
Id pecus est brutum uiuere, non hominem.

COMPARATIO VENERIS  
ET BACCHI

Si te forte iuuat tentare Cupidinis arteis  
Et Veneri longam soluere militiam  
Illuies Bacchi nimias ad Baetra relega  
Multa fugant Venerem pocula, rara iuuant.  
Nam tolerabilior Venus est hoc blanda Lyeo  
Quod minus ingenijs corporibusq; nocet  
Ipsa dat ingenuos mores, corrumpit Bacchus  
Hæc animi uires instruit, ille necat  
Mundiciem custodit amor stemulentia sordes  
Inuehit hæc formam destruit, ille facit  
Verum si quis erit qui spernere possit utrumq;  
Hunc cælo dignum pectus habere puta

AD AMICI CVIVSDAM LITTE  
ras laudatorias Responsio.

Si tñ, ut memoras, nunquã rescripsit Vlyssi  
S Gaudia Penelopi quanta fuisse putas?  
Ille pererratis multorum finibus exul  
Destituit uiduam bis duo lustra domum

S Y L V A R V M

Vxor amans thalamo curis exhausta pudico  
 Instantes docta reppulit arte procos  
 Iamq; fatigata florem positura iuuentæ  
 Conspexit reducis reddita signa uiri  
 Leticiam illius si tu metiris ab illo  
 Quod mea paucillum Musa loquuta tibi est  
 Vel nimis indulges quo me ueneraris honori  
 Vel tibi plus æquo carmina nostra placent  
 Quicquid id est, utrumq; animum testatur amicum  
 Certa q; non ficti signa fauoris habet.  
Hessias quam laudas, quot habet pecorosa capellas  
 Tot grates debet nostra Camena tibi  
 Patria nec forti multum tua distat ab Hesso  
 Vicina est patriæ Saxonis ora meæ  
 Inclyta diuitijs tellus: operosa metallis  
 Vberis insignis fertilitate soli  
 Plena uiris, ducibusq; potens, animosa Tyrannis  
 Cesaribus quondam facta beata suis.  
 At duri medijs habitant in montibus Hessi  
 Qua Lanus, & uitreas Aedera uoluit aquas  
 Gens armis generosa, manu promptissima, quondã  
 Ipsa suo partis docta labore frui  
 Parte alia glebis fœcunda patentibus aruis  
 Qua rapidus pingues Fulda salut at agros  
 Collibus apricis, & amœnis inclyta syluis  
 Omnia per spicuis fontibus arua scatent

Mille



LIBER II.

Mille per irriguas labuntur flumina uallēs  
Florida perpetuo gramine uernat humus  
Quis queat errantes illic numerare capellas  
Cornigerumq; pecus lanigerumq; gregem.  
Cum redit atq; aestas uernantes explicat herbas  
Non aliquam pingit gratia maior humum  
Tunc neq; Thessalicis Penēus amœnior aruis  
Nec prior Hæsiacis montibus Hemus erit  
Pulchra nihil Siculæ uiridaria dixeris Aethnæ  
Aruaq; quæ uitrea lambit Helorus aqua  
Illis te errantem credo uidisse Dianam  
Montibus, et castam sollicitasse Deam  
Cum Satyris illic mammosæ Naiades errant  
Hæsiacum Phyllis non colit una nemus  
Illic sæpe latens tenera occultatus in herba  
Excepi artificii dulcia furta dolo  
Aonioq; rudes turbabam carmine Faunos  
Concessit Musis rustica turba meis  
Tum mea syluestres petierunt carmina nymphæ  
Ipse ego pro grato carmine tela dedi  
Tu quoq; degentes uidisti in montibus Hæssos  
Et laudas patriæ saxea rura meæ  
Huius tanta tibi debetur gratia laudis  
Quanta tu laudas carmina nostra fide.  
D. GEORGIO STURTIADAE  
Medico Venetijs agenti.

S Y L V A R V M

) ratulor incolumem uitã tibi docte Geõrgẽ  
 G) Hoc tibi tam longe uiuere dulce queror  
 Præcipue necdum portũ tenuisse petitum  
 Et tua adhuc dubio currere uela mari  
 Hoc ego fortuna timui uariante futurum  
 Quo ruere in præceps tempore cuncta uide  
 Quo bello Europam uarioq; ardere tumultu  
 Præcipue loca quæ tu petiturus eras  
 Ipsum pene rapi quo tempore conspicias orbem  
 In studia heu aliquem uix habitura modum  
 Non tamen illa animi uirtus generosa sefellit  
 Quæ tibi fortuna contigit uberior  
 Laudo animum rebus natum melioribus, ego se  
 Audentem ætherca credere stirpe satum  
 Incauti tamen est in aperta pericula ferri  
 Qualibus hi superant sæcula prisca dies  
 Iam tibi tranquillam sedem fortuna locabat  
 Iam poteras partis rebus honore frui  
 Nec tibi diuitiæ uirtutum præmia deerant  
 Larga tibi iustas copia fudit opes  
 Cum uarijs multas uidisti moribus urbes  
 Inq; tuo sedit Pallas amata sinu  
 Inclytate dignas Erphurdia præbuit ædes  
 Namq; loco patriæ iam fuit illa tibi  
 Ambibas titulos maioraq; præmia famæ  
 Res est pulchra quidem dignaq; laude uehi

CUP

LIBER II.

Cur tamen hanc per tot terrarum emensa petebas  
Milia, cum posses emeruisse domi  
Nostra tot eximias Germania possidet urbes  
Quæ superent ipsos Pallade Cecropidas  
Nescio quàm placuit meliorem inuisere gentem  
Dij rogo fortunent hoc tibi propositum  
Ut cito de Veneto soluat tua littore puppis  
Ut redeas tuto dum tibi forte licet  
Et tecum solita Cordum pietate reducas  
Consortem patrij nominis atq; lyræ  
Hunc mihi præcipue multa uenerare salute  
Et memorem charæ coniugis esse iube  
Vivite deliciae nostræ, uos ille reducat  
Virgine qui solus natus Apollo dea est.

HEREBORDO MARGARITANO

ob honores Gratulatoria

t merito quantumq; tibi debere fatetur

V In reditu gestit nostra Camena tuo  
Redditus en iterum patrijs foeliciter oris  
Spes tecum nostras uir memorande refers  
Gratulor incolumi sortem cessisse benignam  
Addita uirtuti præmia iusta tuæ  
Quod neq; Vindelicis Augusta Palatia campis  
Visaue sine frustra Norica rura tibi  
Scilicet est aliquid longinquas uisere terras  
Nomen ab externo clarius orbe uenit.

S Y L V A R V M

Si doctas nunquam Pomponius isset Athenas  
 Tam bona non illi Roma futura fuit  
 Colchida tauridamas si non adisset Iason  
 Phasias in patria nulla tulisset opem  
 Quid memorē Alciden? qui tot nisi monstra tulisset  
 In patria poterat delituisse sua  
 Detrahit optati præsentia semper honori  
 Perpetuoq; domi nemo placere potest  
 Et quamuis tua magna domi sit & inclyta uirtus  
 Plus tamen ex merito debuit esse tibi  
 Iam tibi detulerat te dignos patria honores  
 Iam fueras domui gloria prima tuæ  
 Castra dein sequeris dum Cæsaris Aemiliani  
 Legatiq; domo munere functus, abes  
 Virtutis tibi facta tuæ est clarissima testis  
 Noridos urbs claræ Teutonidumq; caput  
 Namq; ut magnanimo generosam in pectore mētē  
 Vidit fortunæ dotibus esse parem  
 Gratificari aliquo dum uult tibi munere, dignum  
 Connubio ciuis iudicat esse suæ  
 Atq; ita patricio natam de sanguine iungit  
 Proxima quæ thalamos est initura tuos  
 Eya Hymenæe faue, nunc te maiore uocamus  
 Auspicio, plena nunc face dexter ades  
 Linque Palapaphios ignes Citherea, tuoq;  
 Ad nos cum puero blanda fauensq; ueni  
 Tu uero

LIBER II.

Tu uero o nostrae bona pars Hereborde Thalia  
 Pectore non humili fortia regna subi  
 Nos quibus hoc superum pietas Musaeq; dederunt  
 Deuoti uates in tua iura sumus

Nos tibi per Musas Hymenaea sacra canemus  
 Carmine uiuetis nuptaq; uirq; meo  
 Inde nec ipse tuo Peleus certabit honori  
 Te nec erit pulchro carmine stella prior.

AD BARTHOLOMAEVM GOTTI  
 VM THRAISENSEM.

usarum patriaeq; comes uenerande meae

M Maxima pars animi Bartholomaei mei  
 Viuere te superaq; ~~frui~~ foeliciter cura

Pectoris est certe cura secunda mei

Quamuis exciderit fidi tibi cura sodalis

Dij faciant falsa suspicione trahar

Sol spacium emensus tropicum semel inter utrumq; est

Vnica uix de te littera lecta mihi est

Multa sed Hesiaca tibi uenit epistola dextra

Non aliquo lapsa est crimine nostra fides

Perstat, et ut nullos unquam decepit amicos

Sic est perpetuo firma futura tibi.

At potes, et debes culpam excusare, quod olim

Non est ad ueniam ianua clausa tibi

Longa uia est, spaciumq; ingens patet inter utrumq;

Istaq; uix rarus regna uiator adit.

EE

S Y L V A R V M

Non poteris alicui scriptas committere chartas  
 Vix paucis tuto sarcina ianta datur  
 Et scriptas forsā misisti saepe lituras  
Ire sed in uultus non potuerē meos  
 Ah pereant per quos unquā data scripta premunt  
 Perfidiae poenas quas meruere luant  
 Credibile est nec n. tam debes fallere amicum  
 Quam dederas nobis non uiolasse fidem  
 Si caderet mores tam nobilis error in istos  
 Hei mihi quem fucum tam bona forma capit  
 Præterea studijs animo sociatus honestis  
 Qui posses tanti criminis esse nocens?  
 Virtutes studia assumunt meliora sodales  
 Esse nec hæc solæ, sola nec illa queunt  
Perfidia studijsq; nihil disiunctius usquam  
 Aut fuit, aut ullo tempore forsā erit  
 Te ne igitur uiolasse fidem charissime dicam?  
 A potius linguam non habuisse uelim  
 Hanc in te potius uellem defendere culpam  
 Si modo, quod non est, hac agerere nocens  
 Qui nunc Sarmaticis charissime frater in oris  
 Frigida Parrhasio regna sub axe colis  
 Discors Teutonicum qua Prussia terminat orbem  
 Et Codonea breui littore stagna capit  
 His egote terris fato uolente relictum  
 Dij faciant uiuum rursus ut inueniam

At me

LIBER II.

At me leta fouet foelici Mysna receptu

Qua iacet herboso Lypsis amoena solo.

Hic ego nec bifidi perplexa aenigmata Iuris

Nec sequor ambages magne Galene tuas

Sed sacra Musarum Phoebiq; aeterna professus

Numinas sed quorum nomina Christus amet

Scis qualem diciq; uelim fieriq; poetam

Non mea sunt falsis ebria corda deis.

Sunt tamen hic qui me satis admirentur amentq;

Multorumq; frequens Hessus honore color

Tu quid agas, quae fata feras, quaeq; oia tractes

Fac tua me doceant tempore scripta breui.

D. GEORGIO STURTIADAE VT

Kalendas Ianuarij celebret.

usarum Phoebiq; potens & amice Georgi

M Sturtiade, nostra saepe canende cheli

Pande fores, deprome penu, diste de culinã

Fronibus exorna liminas Ianus adest

Ecce tibi auspicijs aperit foelicibus annum

Lapsus ab aetherea clauiger arce Deus

Pande fores, iterumq; penu deprome, culinam

Instrue, frugales non amat iste Deus

Ianus adest faustumq; tibi denunciat annum

Accipe promissa nuncia certa fide

Aucte bonis, augende bonis, aucture tuorum

Nomina, rem, titulos, stemmata, facta, decus.

S Y L V A R V M

Qui studijs medicas auges uigilantibus artes  
Et merita ex ipsis nomina rebus habes  
Perge, nec inceptum remoretur inertia cursum  
Vlla, tuum præsens gloria sternit iter  
Indulsit fortuna tuæ satis æqua iuuentæ  
Nec iuuenem nec te deseret ista uirum  
Nondum impleuerunt septem tibi lustra sorores  
Et tuus in medio puluere sudat equus  
Diuitijs flores, & quæ fecisse beatum  
Virtutes poterant quaslibet unus habes  
Has in flore uirens æui nec inutilis uxor  
Vno te, dotes, coniuge digna, polit.  
Quæ nunc eximia faciet te prole parentem  
Cui feret auclrices lucida diua manus  
Cætera quæ restant permitte fauentibus astris  
Iam tibi Diuorum Regia tota fauet  
Sic deus ille tibi cecinit me uate biformis  
Pluraq; conantem quærere deseruit  
Ipse tibi subito nisi per arata libello  
Ut legeres ipsi uaticinata Deo.

GEORGIO PECTIO VORCHEMIO

suo Vuittembergam abeunti.

u quoq; non æquo currentibus ordine fatis

**T** Deseris heu uacua nomen inane scholæ

Quo fugis infractæ fidei mihi cognite Pectis

Tam subitæ facta est quæ tibi caussa uia?

Quæ



LIBER II.

Quæ mihi nunc aderunt sine te solatia? quorum  
 Tam certa potero letior esse fide?  
 Unus eras certe quo non abeunte manebam,  
 Qui migraturū sifteret unus eras  
 Quem uel ad anguigeras Libyæ feruentis arenas,  
 Quem cuperem fuscum per Garamanta sequi  
 Nunc utinam nigros isset fera pestis ad Indos  
 Quàm uereor subitæ caussa sit illa uic  
 Si tamen inuidiæ cedis, fidentior ito  
 Virtutem pestis uincere nulla potest  
 Illud ut interea rumpatur ἐτῶσιον ἄχθος  
 Qua nunc cœpisti currere perge uia  
 Perde salutatum pro me quos noris amicos  
 Quos inter Ionas nomina primus habet  
 Ipsum præcipue: Musarum dona: Philippum  
 Salua sit & Phacchi barba grauisq; fides  
 Te ne ego præteream lyrici decus ordinis Hæc  
 Hæc prius potero non meminisse mei.  
 At tu uade bonis auibus charis. Pecti  
 Subq; tuo nostrum pectore nomen habe |  
 Interea quo tu pulchrum sudabis ad Albim  
 Hoc ego fortunæ tempore ludus ero.

AD EVRICIVM CORDVM DE CAR

minibus à muribus corrosis iocus.

on adeo ueteris celebrata poëmata Codrè

N Quæ mures opicos dilaniasse ferunt

EE 8

S Y L V A R V M

Quam tua corrosas uulgo plorantia chartas  
Nunc in Palladia carminata tuto domo  
Ipsa feros timidis obiectat muribus angues  
Tu tamen hic ranas Corde fuisse putas.  
Scripta momorderunt Thilum mordentia mures  
Illius hos genios demonas esse puta  
Carmine ridiculo risum mouisse uolebas  
Lusit amabilibus seria Musa iocis  
Arua olim rapidi populabant Appula mures,  
Culta rudi cecidit milite uicta Ceres.  
Dicitur Hispanam fodisse cuniculus urbem  
Quis genus hoc socium muribus esse neget?  
Thessala lucifuga strauerunt moenia talpa  
Gallia de ranis pertulit excidium.  
Agricolas Libyca patria pepulere locustae  
Anguis Amyclaea uictor in urbe fuit  
Quid Romana canam Baleares arma colonos  
Auxilia in mures ut petijisse ferant?  
Cum tua longe alio ueniat querimonia luctu  
Iustior ex quadam parte querela tua est  
Iam didicere loqui mures, quis credere posset  
Esse aliquo uiuum carmine Meoniden  
Quis tamen exprobret Hesiaco sua somnia Cordo  
Queis queat Andinus uilior esse culcx?  
AD IONAM, INDIGNATUR QUOD  
soluta oratione quaedam scripserit.

Lege

L I B E R II.

ege sua positis sat erat placuisse Camœnis  
**L** Quãq; pedes melior forsã habebar eques  
 Nunc quoniã pudor est filo neuisse pedestri  
 Indignor numeris uerba coacta legi  
 Quis deus afflauit lento mea pectora flatu?  
 Quis mihi pro pennis lora rotasq; dedit?  
 Cum maria ac terras possem superare uolando  
 Ire laboranti cur pede uisus eram?  
 Sic ego, sic posita lauru, citharaq; remissa  
 Reddidit altiuago qui mouet axe diem  
 Digne meis olim iam nunc indigne coronis  
 Quin merito passum desinis Hesse queri.  
 An tu Iuridico tantum confidis Iona?  
 Iam dudum nobis perfidus ille fuit  
 Musica deseruit plebëia castra sequutus  
 Tempore quo infœlix excidit ipse sibi  
 Vere suo melior quam tempore messis adultæ  
 Autumni ueras non habiturus opes  
 Hei mihi qualẽ hyemẽ. Sed si mea castra relinquis  
 Diuite cum Iona tu quoq; diues eris  
 Verum diuitie tam nostræ pluris habentur  
 Quàm sit corporibus quælibet umbra minor  
 Quare age iuridicis querere hæc tua dāna tribunis  
 Forte dabunt illi quam mea pleetra magis  
 Sic ille Aoniꝝ pater ordinis, at mihi blandum  
 Nescio quis uestrarisit ab arce Solon

S Y L V A R V M

Ipsē quoq; ereptum pene indignatus honorem  
Abrupti irata plectra fidesq; manu.

I N P R A E L E C T I O N E V I R  
G I L I A N A .

ama est aëreis gelidi sub rupibus Hemi  
F Orphæis celebrem manibus esse locum  
Fronoso suspensa tholo lyra pēdet ab illo  
Tempore quo charam perdidit Eurydicen .  
Hanc quoties aliquis plectro percussit eburno  
Frigidus immota constitit Hebrus aqua  
Culmina uidisse Rhodopes nutantia summi  
Saxa sequi, montes currere, stare feras,  
Scilicet Elysio uatem rediisse putarunt  
Nunc eciam superos uelle mouere Deos  
Quid fecisse hoies miracula ad tanta putandū est?  
An sensu solos hos caruisse putas?  
Nos meliora damus, maioraq; plectra mouemus,  
Orphea Virgilio quis putet esse parem?  
Cuius blanda nouem saltant ad plectra sorores  
Gestit et uberibus gratia cincta rosis  
Pone sequebantur mirantes Orphea syluæ  
Barbaricum Cithara concinit ille melos  
Hic Latia uerba alta tuba, mirandaq; Musis  
Intonat, et cœlo carmina digna canit  
Hunc nemo obstupeat? nemo huius plectra sequat?  
Hei mihi q̄ nullum hæc tempora pectus habet .  
Quem

LIBER II.

Quem non sacra trahat tanti facundia uatis

Hunc natum Silices inter & arma puta.

VOCAT AMICOS AD CONVIVIUM.

Ioanni Groningo suo

rastina Phœbeos ubi tertia cōtrahet ignes

C Iamq; senescentem prouehet hora diem

Chare ueni nostras Groninge rogatus in

Quo perca si quid dulcius esse potest. (ædes

Te mea non formosa quidem nec amabilis uxor

Penia conuiuam, sed generosa, rogat

Ne contemne preces dominæ tam iusta rogantis

O utinam famule sit magis illa loco

Illa tibi calido gelidos pro sumine ponet

Sed tamen & castos & sine felle sales

Implebunt uacuas uocalia carmina lances

Fallet inexemptam stridula chorda famem

Lauta ministrabunt præsentis fercula Musæ

Qualia cum superis Iuppiter esse uolet

Fundet odoriferos genialis gratia flores

Plena ministrabit pocula castus amor

Talia si possis conuiuia spernere dicam

Læticiæ ueram non habuisse famem

Quod si uera uoles, & debes uelle, fateri

Ex istis dapibus uita beata uenit

Ingenium uis multa cibi suffocat & aufert.

Appositam mortem luxuria omnis habet

S Y L V A R V M

Quare age ne modicæ spernas elementa culinæ

Sæpe eciam Diuis uiscera tosta placent

Ipsæ quidem melius cœnasse fatebere nunquam

Si non sorduerint prandia nostra tibi

Ventriculum referes ualidi uectoris egentem

Uersibus & uerbis si potes esse satur

IOANNI ECCILIO SVO

puer Eccilio, sed nostra uoce, salutem

I Dic prius, inde ipsi talia uerba refer.

Cras ubi solis equi prono temone ferentur

Tertiaq; occiduum duxerit hora diem

Hesiacas conuiuia ueni, sic iussit, ad ædes

O palatinas non habiture dapes

Si tamen officium fidi spectabis amici

Cœnabis melius Regibus & Ducibus.

MARCO SVO.

aperis officium si non contemnis amici

P Et modico pastus uiuere Marce potes

Cras ubi Phœb. aquas stabit subitur<sup>2</sup> Iberas

Tertiaq; instantem traxerit umbra notam

Hospes ad Hesiacos gratus diuertere penates

Qui uarijs neclunt florea ferta rosis

Conuiuæ tibi erunt Diuæ tres, una, nouemq;

Fercula tot numero non habiture. uale.

MARTINO HVNO SVO

Hospes ad Hesiacæ regalia prandia mensæ

Cras

L I B E R   I I .

Cras tibi præscriptis legibus Hunc ueni  
Tertia cum Phœbum denunciat hora cadentem  
Ne quid edas toto tempore neue bibas  
Ut dapibus possis plenas absumere lances  
Et toto calices euacuare mero.

Quod si forte times ne solus ad ista uoceris  
Rite famem tecum duxeris atq; sitim

IOANNI DRACONI SVO

um medium cœli Sol aspirabit ad axem

C Signiferiq; umbras traxerit hora decem  
Accedas nostras conuiuia rogatus ad ædes  
Dulcis & ante alios non metuende Draco.

Prandia si quæras tenui ponenda culinæ

Accipe, Pythagoras qualia mandat edi

Et nos contenti scis qualibus esse solemus

Qui colimus sacrum sobria turba nemus

Lauta tamen si non regali instructa paratu

Prandia si cupias & potes esse ueni.

IN AEDITIONE HYMNI

PASCHALIS.

usa iterum uariata nouo te nostra salutat

M Carmine Musarum quisquis amicus ades

Ecce renascentē uariāt sua sydera mundū

Et uariata nouo gramine uernat humus

Sacra resurgenti celebrauimus orgia Christo

Addidimus lyricæ Sapphica plectra cheli

S Y L V A R V M

Præterea adiectis quædam uariata parergis  
Ut tibi diuersum gratius esset opus  
Perlege, conuenium nostræ cum tempore Musæ  
Hoc quod te, dices, Hesse decebat erat.

IN DIVISIONEM APOSTO  
LORVM.

is populi clausit duodenos impia fratres  
V Vim populi ueniens ignea lingua tulit  
Claudere nõ potuit bis sex Iudæa planetas  
Imo uagis unus non satis orbis erat  
Illorum immensum sonuerunt uerba per orbem  
Qui solem pendens inter utrunq; iacet  
Illorum hoc toti diuisio profuit orbi  
Infera quòd iunxit climata cum superis.

MICHAELI NOSSENO SVO

locatur non esse studendum.  
ota luce domi festa qui desidet, illi  
T Anne aliquid uiui sanguinis esse putas?  
Præcipue stupidos inter mutosq; libellos  
Nil agere est idem quos & amare labor  
Quo mihi namq; leues erumnosæq; Camenæ  
Has propter tristis semper ut esse uelim  
Imo abeant potius studiorum infauista supellex  
Turbaq; uicturis inuidiosa libri  
Me iuuet urbanis conuiuia libera dictis  
Spargere, fabellis nec posuisse modum

Mollis



LIBER II.

Mollibus interdum caste assedis puellis  
Et uenerem rudibus conciliasse modis  
Quandoquidē superest quod uiuimus una uoluptas  
Fabula sum manes et furia, et nebula  
Quare age curarum fomenta relinque libellos  
Teq; bonis natum dulcibus esse puta  
Vana superciliosorum ludibria pone  
Pro lachrymis uinum, pro cruce sume rosas  
Postmodo lugebis, nisi pares uera manenti  
Quidē Mercurio principe nomen habes

IN FORIBVS GYMNASII.

ur taceā tot Ephebe dies dulcissime quaeris  
C Quæue Maronæū caussa moretur opus  
Inuida turbauit coeptum fortuna tenorem  
Hoc satis est, alio tempore plura scies  
Non tamen obiectæ pulsatum mole procellæ  
Turbida fluctuagi subruet unda maris.  
Cerberus et furia quartam peperere sororem  
Nuper in exitium perniciemq; meam  
Hoc tibi si obscura dictum ratione uidetur  
Nil moror est quare tectior esse uelim  
At tu ne dubita iacturam temporis huius  
Restituendam opera commodiore tibi  
Perfer, et interea Musis operare Latinis  
Quæ tibi sunt studio tradita sacra meo  
PETREIO APERBACCHO SVO

S Y L V A R V M

uæ situs tota, sed nusq̄ inuentus, in urbē

Q Dic ubi, uel quare te latuisse putem?

Dic age quid charis tã te furatur amicis

Rarior ut nulli non uideare coli?

An ne iterum ueteri te Fuluia fune retraxit

Oblitum Romæ Pieridumq; chori?

Vt tamen offensi redeat tibi gratia Regis

Post epulas mecum balnea nigra petas .

D. GEORGIO STURTIADAE AB

ITALIA REVERSO

uæ pcul à patria nuper te Musa dolebat

Q Cedere, num reditu gaudeat illa tuo?

Gaudet, et hoc fieri uersu te statur inepto

Itala iam sentis terra relicta tibi est

Illic Pierides Musæa per oppida regnant

Numinibus tantis barbaræ rura uacant

Hic breuis alnosa sub arundine mussat Hieras

Si qua sit in putri nympha coaxat aqua

Mintius, Eridanus, Ticinus, Padus, Adria, Tybris

Nomina sunt ipsis proxima coelicolis

Quare age Sturtiadum clarissima fama Georgi

His te iterum nugis ut capiare para,

Quod si uerba animi ne queant depingere uultus

Pro uerbis animum aspice, gratus erit.

MICHAELI MEYENBURGO

scribæ Northusano suo.

Quam

LIBER II

uam tibi debueram toties misisse salutem

Q Ne qui perferret falleret ipse tuli

Candide Musarū comes et patrone Micha

Scripta ne iam sentis cuius & unde legas? (et

Hessus arenosi non ultimus accola Gheræ

Pene suis manibus tradidit ista tibi

Tam tibi præsentem Northusia tecta poëtam

Quem forsā nobis exhibuisse puta.

GEORGIO SPALATINO SVO

axia pars quondā nostræ Spalatine iuuetæ

M O & adhuc animi maxima cura mei

Hospes ad Albiorim tandē tu<sup>o</sup> appulit Hes

Hessus Hyperborea iam niue frigidior (sus

Namq; quis arctos tam longe abiectus in oras

Non aliquid cælo de grauiore trahat?

Ergo age mi frater ueterem uisurus amicum

Vix quoq; quæ superant illius esse puta.

EVRICIO CORDO SVO

astato satis agricolæ si Corde diali

H Sacra peregisti religione, ueni

Culmine ab aëreo p̄spectū præbet æmœni

Area clauigeri numine plena senis

Inde racemiferos colles, flauentiaq; arua

Letaq; graminibus prata uidere licet

Inde renidentis nymphæa rubentia syluæ

Inde Suburbanæ cernere ruris opes

S Y L V A R V M

Si minus ista iuuant oculis lustrata, recessus  
In uallem tacito non onerosa uia est  
Corde ueni iam mane nouo, iam sole recenti  
Nescio quid solito blandius aura nitet.

IN MOESTAM VIRGINIS MA  
TRIS IMAGINEM.

uisq; habes Mariae fixos in imagine uultus  
Q Est aliquid praeter uerba quod inde legas  
Sic stetit illa uidens morientis uulnera Chri  
Heu quali matrem foderat ense dolor (sti  
Dicite mortali foecundae semine matres  
Dicite de uobis talia si qua tulit  
Nulla tulit, nulla est aeuo latura sequenti  
Illa sed humani summa doloris erat  
Causa fuit peccasse hominem nato atq; parenti  
Quod uolet haec mortem, quam tulit ille, pati  
Et nihil huic ergo nihil illi ingratis rependis  
Quorum supplicio uita redempta tua est?

IOANNI CASSELI MAN-

NO SVO.

u quoq; Phoebæos non ultimus inter olores  
T Musica praesenti numine pleetra moues  
Gratulor applaudoq; tuae charissime Musæ  
Qua duce tot uersus Casselianne facis  
Diua potens numeris ad nos ne sola ueniret  
Attulit Hæsiaca munera facta manu

Pocula

L I B E R II.

Pōcula fictilibus non inferiora cadiscis  
Castalidum uitreis lucidiora uadis  
Quæ quia tam facile possunt fecisse disertum  
Sæpe racemigeno plena liquore bibam  
Cumq; bibam dulces inter non fictus amicos  
Qui potero studij non meminisse tui?  
Quare age ne dubita iam te quoq; pectoris huius  
Fixum non minimæ partis habere locum  
Non tam muneribus quia me donaris amicis  
Quàm quia nobiscum Musica regna colis  
Maeste animo, sic te decuit, quia Martia tales  
Tamq; bonos uates Hestia ferre solet.

CVR VOCETVR REX

Non ego crediderim citius prodisse poetam  
N Quem sterilis raptum prædicat Ascræ senē  
Quàm mihi iam dudū Phœbeia signa ferētū  
Venit adoptato nomine Regis honor  
Hoc tamen unde feram qua manet origine nomen  
Stultum & ridiculum dicere pene fuit  
Scripsimus exiguo uulgata poemata uersu  
Scripta notis populo Lypsia clara dedit  
Legerat hæc gentis Reuchlinus fama Suæuæ  
Et dixit Regis nomen habere potes  
Inter enim quoscunq; ferunt tua secula uates  
Rex es & est ratio nominis inde tui  
Nam Graij Regem dicunt He Jena poëti

S Y L V A R V M

Esse ita te Regem nomine reque doces  
 Et uelut exerces agnatum in carmina Regnum  
 Recta stat in uersu syllaba quaeque tuo  
 Hoc scriptum excipiunt atque amplexantur amici  
 Et Regem clamant omnibus esse locis  
 Ipse ego quandoquidem nec publica scripta negare  
 Nec poteram charis obstruere ora uiris  
 Rex inquam, rex uester eris quando ista necesse est  
 Tradita militiae nomina ferre meae  
 Verum alios titulos, nec inepta insignia sumans  
 Moria iam dudum cognita tota mihi est  
 Vidimus Utopiae latissima regna superbae  
 Tecta lucernarum sunt peragrata mihi  
 Fortunata meo lustrata est insula cursu  
 Dulcia ubi aeterno flumine mella fluunt  
 Qua uiret ambrosiae succus, qua rupibus altis  
 Nectara ut e caelo praecipitata cadunt  
 Gentis Hyperboreae foelicem uidimus oram  
 Qua neque mors homines, nec mala fata premunt  
 Qua stant perpetuam facientia stagna iuuentam  
 Qua licet in caelum scandere quando libet  
 Haec per haec circū pulcherrima regna uolentē  
 Moria me fida duxit amica manu  
 Cunque peragnarim tot tantaque regna, licebit  
 Stulticiae titulos sumere iure mihi  
 Musica leguminum sumant in carmina regnum

Qui

LIBER II.

Qui sunt Meonidæ Virgilijq; super  
Quàm mihi sint nullæ scribenda in carmina uires  
Sentio, & ingenium metior inde meum  
Vos quia me Regem facitis, sinite esse tyrannum  
Stulticiæ haud aliud me diadema mouet  
Sic ego, paruerant illi tam uera monenti  
Tradentes manibus Regia sceptrâ meis  
Fecerit ergo licet Reuchlinia littera regem  
Non tamen hoc tantum contulit Imperium  
Plurima Capnioni subscribit turba. Quid inde?  
Si rem complebunt nomina Cæsar ero.

DE EBRIETATE

Auriculas asini Phrygio mens stulta tyranno  
Torua Ioui tauro cornua fecit amor  
In porcos Ithaci comites pecuina uoluptas  
Exiit, & balat Rex maris inter oues.  
Decolor iracanem Cissæida fecit, olympo  
Inuidiæ labes Arcton utramq; dedit  
Induit ora lupi ferus impietate Lycaon  
Cercopibus precium simia perfidiæ est.  
Atq; alias aliæ pestes fecere figuras  
Singulaq; artifices monstra habuere suos  
Has tamen una potest omnes effingere formas  
Omnibus in uicium doctior Ebrietas.

Finis

FF 2

# D. HENRICO

APERBACCHO MEDICO EXCEL

lenti amico ac patrono benemerenti suo

Helius Eobanus Hessus S. D.



V M LIBROS

Sylvarum sex in pu-  
blicum esse editu-  
ras Henrice Aperbac-  
che amicorum uetu-  
stissime idemq; longe  
charissime, et alijs ex  
amicis alios nuncupa-

re, in ipsa humanitatis et uerae amicitiae iura pec-  
care me existimabam, si nihil huius honoris tibi de-  
tulisset, hoc est, nulli ipsorum te patronum adhi-  
buissem. Scio enim huius te nominis auctoritate non  
modo non grauari, uerum etiam gaudere. Tertius  
igitur hic Sylvarum liber honori tuo datur, quod  
in eo ipso non, ut opinor, incommode carmen olim  
ad te consolatorium, id uero est Epicedion in fune-  
re filij tui primogeniti scriptum, sed nunquam an-  
te hac inuulgatum, tertio loco inserui. Nam primis  
et secundum merito duo summi Principes obtinet:  
et ut ingenue fatear, optime Aperbacche, erat a  
principio huius libri dedicatio fratri tuo germano  
uero doctissimo mihiq; ut scis, omnium mortaliu lo-  
ge amio



## EPISTOLA

ge amicissimo Petreio Aperbaccho destinata, nisi illum nobis adhucdum satis immatura mors præripuisset, est enim eius nominis cum in hoc tū in alijs harum sylvarum libris non iniucūda nec infrequēs mentio, quæ futuris hominibus testabitur qualis inter Eobanum & Petreium amicitia fuerit. Præter has tamen rationes, quæ magnæ satis erāt, cum tot extent tua in me meosq; beneficia quot ne ego quidem enumerare facile que amissis intelligebam debere me tibi non unius tantum libri atq; eius quidem perexigui inscriptionē, quod tamen officium meum etiā si cū magnitudine ac ratione meritorum in me tuorum collatū lōgissime sit futurum ab æquilibrio tamen pro summa tua erga me bonosq; omnes humanitate non omnino inter cōtemnenda tanquam uile aliquod munusculum repones, sed animi potius nō ingrati ac optime de te cogitantis certissimū habebis argumentū, donec melior aliqua qua uberiores tibi gratias referre, & pleniorē animi gratitudinem ostendere possim, sese nobis offerat occasio: quæ etiam si nō offeratur, diligentissime tamen & intentā aure a nobis captabitur, & captata nō clabatur, quātumuis caluo sit occipitio, nos enim a fronte eam apprehendemus. Bene uale amice ac patrone charissime.

Noribergæ Mense Martio  
M. D. XXXIII.

FF

# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LI  
BER III. ILLVSTRISSIMO

Principi Ioanni Fridericho S. R. Imp.

Electori Duci Saxonie.



NCLYTE DVX,  
clarum genus alto à  
sanguine Regum

Qui patris & pa  
trui Nobile nomen  
habet.

Patris Ioannes, Pa  
trui Frideriche, po

tentum

Quos inter diuos sæcula nostra locant  
Hæc age pacifico Iuuenis dignissime sceptro  
Hæc age placata carmina fronte uide.  
Quæ tibi non aliquo qui fallat lumina fūco  
Mittimus, aut leuibus ceu rapienda notis  
Sed magis ex animo tibi quo clarissime Princeps  
Nullus in hoc populo iunctior esse potest  
Misimus ergo rudes animo dictante Camœnas  
Nec leue, nec tantum temporis huius opus  
Nam licet hæc breuibus claudatur epistola uerbis,  
Longa tamen series posteritatis erit

Cui tua

LIBER III

Cui tua perpetuum uirtus memoranda sub æuum  
 Mittitur hoc quali carmine cunq; meo.  
Vt tu ceu primis claros Heroas ab annis  
 Indole præclara uincis & ingenio  
 Sic tua nobilior te digno munere uirtus  
 Et fieret famæ clarior aura tuæ.  
 Quæ tibi ab hac certe pulcherrima parte futura est  
 Quæ chorus ante alios prodiga turba sumus  
 Nec tamen in quemuis: nisi enim dignissima Musæ  
 Non celebrant: uirtus hoc dare sola potest  
 Quæ quoniam æquales tibi contigit inter epheros  
 Quam stupeat posita flauus Apollo Lyra  
 Digne cani Iuuenis centum per carmina linguis  
 Non debes meriti laude carere tui  
 Ne tua præclaris tot dotibus aucta iuuentus  
 Virtutis possit non meminisse suæ  
 Quæ nisi seipsam acuat stimulante cupidine laudis  
 Sæpe uelut languens excidit ipsa sibi.  
 Quod tibi ne timeas Princeps animose futurum  
 Plurima sunt quæ te commonuisse queunt.  
 Fulget imaginibus primum domus inclyta, quæ te  
 Regibus eduxit nobilitate parem  
 Clara ibi maiorum cum contemplabere facta  
 Dignus ut huic generi cura erit esse queas.  
 Inde tuæ gentis primus Heroas ab annis  
 Illustres tanta laude stupebis auos

S Y L V A R V M

To!q; duces inter clarissima nomina summo  
 Summa loco Ernesti gloria stabit aui  
 Innumerabilibus quo non fuit alter ab annis  
 Principe consilijs, iusticiaq; prior.  
 Ad te iterum redeo sanguis clarissime, cui non  
 Par superis patrum gloria nota tui est?  
 Ingentis quem non Friderichi nomen in orbem?  
 Quo non fama abiit? quo ne sub axe latet?  
 Romani Imperij qui nunc Septemuir honorem  
 Gaudet, & ablatum restituisse decus  
 Rara illi poterint conferri exempla priorum  
 Tam nihil eximia munere laudis eget  
 Quo neq; Meccenas studiorum uerior unquam  
 Reddidit aetati Musica regna sua  
 Qualibus ille opibus pulchrum deduxit ad Albim  
 Claram perpetua nobilitate scholam?  
 Qua pietate auget? meritis quibus afficit auctam?  
 Cetera sunt elegis arduiora meis  
 Quo tamen hunc qui te talem dedit ore canemus?  
 Non facit ad laudes illius ulla chelis  
 Ingenium maius, maioraq; plestra meretur  
 Qui potuit tantum te genuisse decus  
 Et quamuis nulli ille Ducum uirtute secundus  
 Cesserit, hoc meritum nomine maius habet  
 Diuinum in terris animum te namq; gerentem  
 Cum daret, orbi & ope s diuitiasq; dedit

Cuius

Cuius ut eximia flos indolis omnia spondet  
 Maxima, sic debet non sine teste coli  
 Sed neq; te merita cariturum luce timebis  
 Et nec in obscuro fama futura tua est  
 In tua certatim surgent praekonias, quorum  
 Musica diuinum pectora numen habent  
Maeste animo, ueteres ducete reuocabimus annos  
Nunc suus ingenijs restituetur honos  
Maeste iterum clarum specimen uirtutis auitæ  
 Per te Castalidum purior unda fluet  
 Tu modo sume animum te dignum Principe, teq;  
 Huius opus rarum temporis esse puta  
 Hoc facies si te non ad mediocria natum  
 Maxima sed partes noueris esse tuas  
 Sollicitent alios tituli sine rebus inanes  
 Ociaq; in magnis non habitura locum  
 Diuitijs inhient illi, & popularibus auris  
 Hos iuuat assiduis luxibus esse graues  
 Tu qui uere tuo tam flores indole læta  
 Virtutem extends per benefacta tuam  
 Sic tibi praesentis sordescunt nomina famæ  
 Curaq; uenturae maxima laudis erit  
 Ibis ab exemplis per splendida facta tuorum  
 Gloria Saxonica contigit astra domus  
 Te patris & patruum regnum manet, unus obibis  
 Qua uice par ipsis regibus esse queas

S Y L V A R V M

Quam decet & pulchra est socia uirtute potestas,  
Nemo amat immodicas quæ timeantur opes  
Quare age uirtutem regnis adiunge paternis  
Magnus ut es, magnos maximus inter cris  
Iamq; renascenti fer opem pietatis honori  
Quod facis, hæc res est principe digna uiro  
Que pius instaurat fidei desueta Lutherus  
Nomina, sint animi pondera prima tui  
Impuros cohibe liquidis à fontibus apros  
Quid lacerat miseræ pastor auarus oues?  
Nunc tamē inuolucris quibus hæc nō semp̄ agemus  
Non etiam tectis egimus ante notis.

// Viue diu Princeps animo dignissime talis  
Indolis & noli non memor esse tuæ  
// Sic tua nec dubita seros durabit in annos  
Extremo uirtus non obitura die  
Quod tibi præstabunt per amantes talia Musas  
Qui nunc Pieridum cunq; fouentur aquis  
Quos inter numero si me dignaberis ullo  
Inuictum numeris experiere. Vale.

ILLVSTRISSIMO PRIN  
CIPIS GVILIELMO DV  
CIBRVNO SVIGEN

si &c. apud hostes captiuo.

I mproba quã dubijs fortuna uolatibus erret  
Quam possit certas non habuisse uices

Quam

LIBER III

Quàm plerumq; bonis atrox, quàm fida malignis  
 Audijt ipsa meo carmine sæpe queri  
 Te quoq; in indignos casus nisi sæua tulisset  
 Non habuit leges Dux Guilielme suas.  
 Heu generose animi Regum clarissime sanguis  
 Quàm tua nunc merita gloria sorte caret  
 Quàm uoluit nimium tecum fortuna iocari  
 Hic illam uires non habuisse uelim  
 Nempe iaces blandi deceptus imagine martis  
 Sic tamen ut possis surgere nempe iaces.  
 Nec tua degeneri mens consternata pauore est  
 Aut animi uirtus excidit ipsa sibi  
 Nec tibi defuerant animosæ in prælia uires  
 Semper ad armorum pondera fortis eras  
 Utq; tuus, Regum domitor, pater omnia uicit  
 Hic quoq; uicturus si licuisset eras  
 Inuidit fortuna tuis Dux inclyte cœptis  
 Quamuis & fratre est æquius usa tuo  
 Fortibus Henricus qui te nunc uindicat armis  
 Magnanimo iuuenis cum patre dignus auis  
 Nec ponet, nisi te, quæ nunc agit arma, recepto  
 Auguror & res est ista futura breui  
 Victor ad hostiles ita fulminat impiger arces  
 Mœnia sic duro fortia Marte quatit  
 Perge inuicte animo iuuenis, sic sentiat hostis  
 Sentiat iratum perfida turba sibi

S Y L V A R V M

Premia perfidiae de fer sua quanta meretur  
Qui tibi non proprio milite damna tulit  
Qui te non uirtute sua sed fraude coëgit  
Tot pro fratre pio cladibus esse pium  
Sentitis & hoc ipsum iam Lunæburga iuuentus  
Ipse quoq; admissum deuouet auctor opus  
Vince armis igitur qui uincis pondere causæ  
Hostes ut poenas quas meruere luant  
At tu ser placide duræ ludibria sortis  
Altera Saxonice lux Guilicime domus  
Nec tibi turpe puta quia sis deceptus ab illo  
Qui quod erat non hoc debuit esse tibi  
Qui quia pars uestri non ultima sanguinis esset  
Credidit in uobis fraudibus esse locum  
Et quia non potuit uirtute & uiribus impar  
Vos petere insidijs est licuisse ratus  
Sed dabit heu nimias tali pro crimine poenas  
Nec dubita, uatet præscia turba sumus  
Iam uideo undantes inimico sanguine fossas  
Iam uideo ærata moenia mole quati  
Aspicio uastos incendia lata per agros  
Vix aliquem iustus cædibus esse modum  
Heu improvida mens hominum atq; ignara futuris  
Quam tua supplicio est culpa luenda graui  
Tu tibi commissæ curares commoda plebis  
O sacer, o populo præsul inique tuo

Martio



LIBER III

Martia bella duces non sacra corona ministret  
 Pontifices nunquam Martia bella decens  
 Sacra bonus tractet uerbi mysteria pastor  
 Bella gerant reges, quos decet iste labor  
 Tutamen oblitus uicis illorumq; tuaq;  
 Pro libris clypeos, pro cruce tela geris  
 Sed mihi nec tecum ratio est suscepta querela  
 Quam bene pro patria feceris ipse uides  
 Horrida circumstant etenim te bella, nec usquam  
 Qui tibi nunc armis auxilientur habes  
 Hoc erat infidis Gallis patria arma pacisci  
 Hoc tibi, prima mali causa Sicamber, erat  
 Nunc ad te inclyte Dux redeo Guiljelme, querentem  
 Tradita uirtuti praemia iniqua tuae  
 Utq; seras animo non hortatoris egente  
 Des patris Henrichi manibus ista precor  
 Per patris inferias belli uirtute potentis  
 Dum licuit saeculi laus fuit ille sui  
 Per genus à proauis longa quod origine ducis  
 Caesaribus, quibus est inclyta uestra domus  
 Quae te magnorum de gente creauit Othonum  
 Quos Romae dominos uos genuisse liquet  
 Aedite magnorum regum de sanguine debes  
 Virtutis nunquam non meminisse tuae  
 Et patris et fratris te et auorum uiuida uirtus  
 Excitet ut possis fortiter ista pati

## S Y L V A R V M

Nam neq; te primum dubio fortuna sefellit  
Sæpe alijs uultu deteriore fuit  
Ut ueteres taceam nuper tibi perfida Brugi  
Maximus in uinclis Aemilianus erat  
Huic quoties captiuus erat, quem Geldria pugnatæ  
Sæpe iniusta suum misit in arma Ducem  
Aspicias extorrem patria procul arce Suëuum  
Non aliquam reditus posse parare uiam.  
Quis uetet & profugum Danorū his addere regē  
Quam misere regnis excidit ille suis.  
Quo nunc ille abiit quem Burgum nobile Lunæ  
Tam sibi non fidum nollet habere Ducem?  
Hunc quoq; uix propria mansurum in sede putarē  
Qui tibi fortunæ conditor huius erat  
Quare age sume animos inuicto principe dignos,  
Et quia sic opus est fata fer ista libens.  
Non erit æternum quod nunc dolet, ultima primis  
Expectanda tibi sed meliora puta  
Quod nunc tu pateris passi per sæpe fuerunt  
Innumeri reges innumeriq; duces  
Neue quod immerito pateris cruciere, per istas  
Ce u nebulis uirtus surgere uera solet  
Adde quod hæc cautos ad honesta pericula reddūto  
Clade sua doctus qui sapit ille sapit  
Adde fidem famæ de te non falsa loquitæ  
Et nunc ista uiri nomina fortis habe

Et quis

LIBER III

Et quia te Musis doctisq; fatentur amicum  
 Carmina quæ lusi consule pauca boni  
 Iussit namq; fides tibi debita pectoris huius  
 Fortunæ casum condoluisse tuæ  
 Tempus erit quo tu deuictis hostibus ultor  
 Extendes patriæ florida regna tuæ  
 Tunc meliora fluent nostræ tibi carmina Muse  
 Tunc tua, tunc fratris Martia facta canam  
 Tu modo uersiculis ne spernas uilibus ausum  
 Ut legerent oculos sollicitasse tuos  
 Sis fœlix fortisq; diu, uiue optime princeps  
 Omnia & ut possis uincere dura. Vale. //

DOMINO HENRICO APER  
 BACCHO MEDICO IN FU  
 NERE COSMAE FILII  
 EPICEDION.

Ieuimus extincti nuper tibi fata parentis  
 F Hic finis querulæ debuit esse Lyre  
 Nunc quia quæ nollē caussa est Hærice dolēdi  
 Ipse locum certe debet habere dolor  
 Et miseris addit quædam solatia luctus  
 Fata ubi non possis uincere flere iuuat  
 Hæc igitur mœsto tibi uenit epistola uultus  
 Vltima mœsticiæ sit precor illa tuæ  
 Quæq; ego debebam nascenti iubila Cosmæ  
 Soluo immaturi funeris inferias

S Y L V A R V M

Heu diuūm impietas, heu ferrea iura sororum  
 Quantum erat hic auidas non habuisse manus?  
 Tam licet insontes etiam uiolare? piūmq; est  
 Qui uix dum uiuus cœperit esse mori?  
 Nondum illi magnum Phoebus semel egerat orbem  
 Flos tener heu nimium floruit ille diu.  
 Latior arrisit post sydera prima, secundo  
 Inuida natali non reditura dies  
 Indolis egregiæ iam spes promissa parentem  
 Extulit, elatum sed cito deseruit  
 Tam cito uere nouo uix dum rosa nata, pruinis  
 Aut matutino frigora tacta cadit.  
 Quid iuuat humanis etiam nunc fidere rebus  
 Si tam spes miseros fallere certa potest?  
 Heu puer, heu quondam uita dignissime sanguis  
 Hanc auram, hunc solem deseris ante diem?  
 Vix mundum ingressus retro fugis an ne dedisse  
 Te superos credam pœnituisse deos?  
 Dissimilis rerum series, & iniqua dcūm lex  
 Tempore quàm constant optima quæq; breuē  
 Tot superant hominum pestes uitæq; tyranni  
 Quos melius uitam non habuisse fuit  
 Vnica naturæ blande arridentis imago  
 Concidis, heu longum uiuere digne puer  
 Transisses utinam primi confinia lustrī  
 Forte deo poteras non reuocante mori.

LIBER III.

Iam nunc inuidia est, quis enim neget? illa decorum  
 Vix ortum, terras deseruisse decus.  
 Iam tibi certa duæ ducebant fila sorores  
 Cum tibi demissum tertia rupit opus  
 Herculeis toties iuuenum deas pressa lacertis  
 Tum primum uisa est indoluisse palam  
 Tunc immaturo consumptum funere Cosmam  
 Ipsa parens rerum pene erat ausa queri  
 Conciliatrices diuæ crudelia questæ  
 Fata, coronantes deposuere rosas  
 Iam Musas, quoniam spes tam blandita sefellit,  
 Monte sub obscuro delituisse ferunt.  
 Tu quoq; uocalis Citharæ gestator Apollo  
 Fregisti irata plectra Lyræq; manu  
 Illi namq; choro quantum decus ille futurus  
 Hei, feri iuuenem si licuisset, erat.  
 Authori similis Phoebo pater arte medendi  
 Ferre Machaoniam te docuisset opem  
 Quodq; senex Chiron puero præstabat Achille  
 Vixisses utinam, præstitit ille tibi  
 Musarum uirides patruus Petreius hortos  
 Et Ciceroneas explicuisset opes  
 Is tibi sponte sua salientia plectra dedisset  
 Seu libeat numeris ludere, siue loqui.  
 Sed frustra. Quid enim uanas iterare querelas  
 Orphea sublatæ proderit Euridici?

## S Y L V A R V M

Ille quidem gelidi latis in uallibus Hemi  
Eurydicen querula concinit usq; cheli  
Sylua feræq; stupens, montes & saxa sequuntur  
Miratus cursum comprimis Hebre tuum.  
Non tamen audit atrox deuoti regia Ditis  
Illa stat ad cunctas ianua surda preces.  
Quin igitur fallaci animum lacerare dolore  
De sinis, & luctus discis habere modum?  
Quin subit humane sortis meminisse, quod huius  
Usq; adeo instabile est conditionis opus  
Nulli usquam certus uitæ status omnibus horis  
Fimus & occidimus, nascimur & morimur.  
Falce sua mors cuncta metit discrimine nullo  
Cum senibus pueros, cum puerisq; senes  
Quid facis inuidiam superis? spes nulla reuerti  
Quem semel in stygio uexerit amne Charon  
Mortua tam stultum est deslere cadauera, quam si  
Te doleas fieri non potuisse deum.  
Ergo immaturo quanquam tibi funere raptum  
Ne doleas omni tempore filiolum  
Adde modum lachrymis, stultum est sine fine dolere  
Pene erat hoc uita non abeunte mori  
Quin potius noua busta para, signaq; sepulchrum  
Quoq; notes, carmen, si libet, illud habe.  
Natus Aperbacchæ domui noua gloria Cosmas  
Vix sibi conspectam deseruit patriam.

AD

LIBER III

AD LUDOVICVM CHRISTIANVM  
EPISTOLA.

ade datam pro me fer epistola fida salutem  
u Illi cui nunquam non placuisse potes  
Vade iterū nostra Ludouicum uoce saluta  
Qui graue de secta Christide nomen habet.  
Et si longa uia est, non sit uia longa timori.  
Non est, ut fuerat, puluerulentus ager.  
Nunc gelidi saeuis constant Aquilonibus amnes  
Iam uirides ponit flaccida sylua comas.  
Mutantur solitis uideata coloribus arua,  
Vsta pruinosis noctibus albet humus.  
I mea Musa tamen, sed non, quæ nuper amabas  
Serta coronata spicea fronte geras  
Hoc decuit cum te Thyringia leta foueret  
Nunc potes acceptis frondibus esse decens  
Nam quia transibis loca saltibus obsita, debes  
Impexum folijs implicuisse caput.  
Et quia nota tui Ludouici tecta subibis  
Hunc quoq; ne cultum nesciat unde feras  
Sed sciat è regione sibi Mysnëidos oræ  
Talia non falsa nuncia missa fide.  
Dum te tristis habet dubijs Erphurdia fatis  
Et studij fructum fers Ludouice tui  
Ille tuus tumida uates asuescit in aula  
Ocia mutata sorte superba pati.

S Y L V A R V M

Si quid agat quæris, uiuit, ualet hoc tamen unum  
 Quod solito tecum non licet esse, dolet.  
 Hoc etiam doluit meminì cum nuper abiret  
 Te dare supremum non potuisse uale  
 Exijt ingratam paucis comitantibus urbem  
 Cur non e paucis qui foret unus eras?  
 Non secus indoluit teneri quàm doctor amoris  
 Cum Tomon & Scythicâ quæreret exul humis  
 Sæpe relinquendam respexit tristis ad urbem  
 Et dixit, quamuis non mereare uale.  
 Sed tamen & merita est quòd sustulit illa iacentem  
 Sed non sustinuit quem tulit ergo nocens.  
 Nam quid legitime si natum diues adoptet  
 Nolit adoptatum prolis habere loco?  
 Viue tamen dixit quoniam in te uiximus, atq;  
 In te dum licuit uiuere dulce fuit.  
 Sic ait, & lachrymis in uerba cadentibus ibat  
 Turbida multiplici grandine sæuit hyems.  
 Non magis obscurus, nec erat nymboseior aër  
 Quite Dardanio iunxit Elysa uiro.  
 Ibat ut ignota lacer in regione uiator  
 Heu sine te uiduo turture flebilior.  
 Quartus ab Oceana processit Lucifer unda  
 Ad noua quæsit æ littora uenit aquæ  
 Illic secunda tandem statione quieuit  
 Vnde ego sum uultus missa uidere tuos

Nunc



LIBER III.

Nunc abijsse puto, quo me tibi tempore misit  
 Norat adhuc abitus tempora nulla sui,  
 Nunc ego longa uiae feci dispendia, nunc me  
 Postquam missa fui Luna secunda uidet.  
 Verū ubi sit, quid agat, quibus & cum uiuat amicis  
 Si uiuet Musa liberiore leges  
 Hoc tamen adiecit sibi non ut libera nuper  
 Ocia, sed fastus luxuriamq; coli  
 Nunc primum tornata loqui meditataq; uerba  
 Discit, & insolita flectere lege genu  
 Ridet, & ingressæ totum se accommodat aulae  
 Et studia accepto plena fauore colit  
 Nobilis obfuscatur uulgares purpura uestes  
 Ferre tamen Musas aula superba potest.  
 Has colit, has praefert, & adhuc ueneratur in aula,  
 Dij faciant factio candidiore. uale

AD LUDOUICVM PLACENTINVM

TAM MELOSINGVM

anc tibi si nescis mitto Ludouice salutem  
 H Teutonicas ausus ludere primus oues  
 Nāq; quod aspectu nō est tibi cognita prior  
 Causa sigillatæ stigmata frontis erant  
 Annulus hanc etenim chartam signauit adulter  
 Quod mihi uobiscum gemma relicta mea est  
 Si qua liturarum forsā dispuncta uidebis  
 Crimina difficilis noueris esse uiae

S Y L V A R V M

Sæpe ego cum summo limarem pumice, dixi  
 Nunc tibi habenda tui cura decoris erit.  
 Ibis ad ora uiri Musarum iudicis, illi  
 Si potes informis ne uideare caue  
 Sed tibi nec facies putri est pingenda cerussa  
 Castas Pieridas non decet iste color.  
 Non calamistra tuos crispent nec sulphura crines  
 Neglecta poteris pulchrior esse coma.  
 Vnio nec collum, nec tempora contegat aurum  
 Sit demissa tuos uestis adusq; pedes.  
 Nec nimis emineant teretes in pectore mammæ  
 Sic Venus Anchisæ cum peteretur erat  
 Non iaceant madidi per eburnea terga capilli  
 Hoc est in casta uirgine turpe decus.  
 Nec tibi magna nouæ querenda tonitrua uocis  
 Hic satis à solita rusticitate places  
 Hac instructa decens potes & formosa uideri  
 O requies uatis blanda Thaliatui  
 Arguit incestum species lasciuia pudorem  
 Raraq; liberius scœmina culta proba est.  
 Sic ego, sic fanti Nymphæ subrisit, & inquit  
 Multa tenet mentem sollicitudo tuam.  
 Non ego sum proprij, mihi credes oblita pudoris  
 Cultibus ut malim luxuriare nouis  
 Non adeo extollor, non sic sublime tume, co  
 Ut sim fortunæ non memor ipsa meæ  
 Et mea

LIBER III.

Et mea simplicitas Melosingo sæpe placebat  
 Sæpe idem nostro captus amore fuit.  
 Sic mea Calliope cecinit, sic fata quieuit  
 Me tamen audaces impediende sonos  
 Doctus ut es studijs, potes hæc cognoscere, in istas  
 Quæ sit, quo constet fabula nostra modo.  
 Quo uult progreditur lasciua licentia uatum  
 Corpore non Proteus liberiore fuit.  
 Hæc & plura olim tecum memorare solebam  
 Propositi nunc est altera caussa mei.  
 Ut ualeas longos & agas foeliciter annos  
 Aspicient animæ numina summa tuæ  
 Hoc simul atq; tui ne sis precor immemor Hæsi  
 Qui tibi quo licuit tempore frater eram.

AD IUSTVM IONAM PEREGRE  
 REVERSV M.

n patria exacto dum te rediisse Decembri  
 I Pars quota iam populi quæ loqueretur erat  
 Fama meas nunquã iucundior attigit aures  
 Dum sextam reficit menstrua Luna rotam.  
 Dumq; ultro citroq; uagor, consuetaq; nuper  
 Lustra peto, Iona nil minus inuenio.  
 Ut lateas an forte redis? an fallis amicum?  
 Et crucias lenta pectora nostra moras?  
 Sic poteras absens etiam rediisse uideri  
 Tu licet & fuscis incoleres Arabas.

S Y L V A R V M

Nō fuit Arctoo magis hoc latuisse sub axe  
 Frigida qua lento plaustra Boote stupent.  
 Sic poteras ultra extremos Garamantas & Indos  
 Nobiscum nihilo uiuere & esse minus.  
 Perfide an hoc debes tam fido reddere amico?  
 Officium non hoc debuit esse tuum.  
 Non sat erat nuper furtiuo abiisse recessu  
 Ni mihi sic redeas, ut rediisse negem?  
 Qua tamen accusere subest iniuria maior  
 Teq; reum Musis quando libebit agam  
 Iam cauda feriente nocens Sol attigit astrum  
 Cum tua deseruit littora nostra ratis  
 Humidus excepit Phoebæia lumina Chiron  
 Post hinc semicaprum Pana subisse liquet  
 At Deus ut fluida properat Ganymedis ab urna  
 Sub gelidis quintum piscibus egit iter  
 Iamq; ouis Aetæum peragrauit Colchidos aurum  
 Cum subit Europæ cornua fulua Proci  
 Plena fuit toties: toties uaga Luna renata est  
 Septima iam Diuæ signa rubere uides  
 Postquam nulla mihi quæ possit epistola uenit  
 Dicere de Iona, quem colis Hesse uale  
 Candidus ex ista saltem mihi parte fuisses  
 Misisses aliqua scripta notata manu  
 Esset quod de te quererer minus, & tua certe  
 Quæ nunc pene iacet, staret ut ante, fides

Sed

LIBER III.

Sed quo quàm uolui me longius euehis? aut quo  
 Mordaces numeros ebria musa iacis?  
 Nil tua facundum perturbat inertia Ionam,  
 Defendi causis pluribus ille potest  
 Atq; utinam posses, me sic cogente, probare  
 Me potius certam non tenuisse fidem.  
 Quod quia non poteris culpam fateare necesse est,  
 Illa uia ad ueniam sola relicta tibi est.  
 Tu quoq; falsa licet fingas peccata uicissim  
 Argue me cultæ non sat amicitie

ADEVNDEM

am pater acceptū lustrarat Februus annū  
 I Idibus antiquo lux erat orta Ioui  
 Tū quoq; si cœlū uideas, et signa reqras  
 In cœlo coruus crater et anguis erant  
 Sydera mirabar docto gratissima Phœbo  
 Inq; meo quædam pectore flamma fuit  
 Ac si magnorum sensissem numina Diuum  
 Phœbæum terris explicuisse iubar  
 Seu quandoq; hominum mens est præsaga futuri  
 Seu facit hoc nullo lumine Diua potens.  
 Huic animo supra iam sydera summa uaganti  
 Terreno propior uenit ab igne calor  
 Nam tua me uanis adhibentem lusibus aurem  
 Propositum non est littera passa sequi

S Y L V A R V M

*Quæ mihi tum meditantî animo diuersa laborum  
Præmia fortuna reddita teste fuit.*

*Ite alio miserorum elegi solatia amorum*

*Ite alio Lyrici carmina nostra pedes.*

*Non ego nunc uestro Veneres in sanguine pascam*

*Nullus ab hac iterum uite rubebit amor.*

*Stat mens certa sequi uanis meliora relictis*

*Vana pudor uatum numina Phœbus habet*

*Sicut enim stipulæ multo iam sole perustæ*

*In flammâ totæ, si quis adurat, eunt.*

*Sic tua iam calidam succendit epistola mentem*

*Quæ Musis credi scripta fuisse potest.*

*Qua neq; Reginæ Charites, Veneres ue benignæ*

*Qua neq; Phœbæus blandior esset odor.*

*Gratulor ergo tuæ Iona charissime dextræ*

*Quæ mihi tam pulchro munere dextra fuit.*

AD DESYDERIVM ERASMV M RO

TERODANVM. EPI

STOLA LOVANI

SCRIPTA.

*unquid ut acceptâ relegis uir doctæ salutē*

*¶ Longinquo missam credis ab orbe tibi?*

*Desine, nã subijt dispendia nulla uiarum*

*Sydere nec torpet, nec riget usta gelu.*

*Aspice quàm nulla trite sint parte tabellæ*

*Quàm rudis à calamo littera pene fluat.*

Vnde

Vnde igitur quæris? uel cuius epistola uenit?  
Ut iam cœpisti perlege utrunq; scies.  
Hic ubi Louanium, te famæ uindice, floret  
Quantum non aliquo quælibet ora suo.  
Hessus inaudaces tibi mittit Erasme canoens  
Qualibus o utinam dignus es ipse cani.  
Iam quid, & unde legas certus, qd in hospitis hæres  
Nomine, & est nouitas hæc peregrina tibi?  
Qua nouitate tamen tibi nil antiquius esset  
Hunc florem uellem perdere, & esse senex.  
Sed tamen ut noris quis, & unde aduenerit Hessus  
Aedita quàm paucis sint tibi multa uide.  
Inclyta ubi aëreas Erphurdia despicit arces  
Thyringam ueniens Ghera salutat humum.  
Indes etenim repetam, properatam utcunq; salutē  
Quis tibi dum meditor, perferat, ipse tuli  
Et ne forte putes quæ nunc legis aedita nuper,  
Sunt mihi præcipiti carmina facta mora.  
Signa recognosces, fateor doctissime Erasme  
Tu mihi iam dudum numinis instar eras.  
Tantum ego mirabar quæ te scripsisse uidebam  
Scripta sub æternos certe abitura dies.  
Non tamen audebam triuiales mittere uersus  
Maxima te coram cura uidere fuit.  
Quod quia non licuit sperabam posse licere  
Fata sed heu uotis semper iniqua meis

S Y L V A R V M

Fama fuit nostras uenturum te quoq; ad oras  
 Seruabam in tacito gaudia clausa sinu.  
 Hac me delusum spe deserit unus & alter.  
 Nunc etiam in cursu tertius annus erat  
 Parte sui foelix Basilea superbit Erasmo  
 Inuideo hoc lumen maxime Rhene tibi  
 Dum propero excepit clamosa Moguntia tristi  
 Auspicio: nam te testis abisse fuit.  
 Quid facerem? retrone ferar, patriamq; reuisam?  
 Plurimus in patrio limine nasus erat.  
 Qua licet ire libet, non me nec saxas nec ignis  
 Ipsaq; triste minans non prohibebit hycms  
 Protinus euadam non qua Germania solum  
 Desinit, & refluo clauditur Oceano  
 Sed quacunq; aliquid terrarum Phoebus oberrat  
 Aspiciam uultus donec Erasme tuos.  
 Sic mihi da ueniam, furiosa in coepta ruenti,  
 Milia sunt pedibus bis quater acta decem.  
 Donec anhelantem populosa Brabantia currum  
 Iam non mansuetos sistere iussit equos  
 I nunc inuestes quosdam currisse sub Indos  
 I fer ad Isiacas isse Platona domos  
 Quantum Pythagoræ debetis Gymnosophistæ  
 Quod pudet hoc ausus dicere pene fui  
 Nil tibi Apolloni ueneratus debet Iarbas  
 In phiala quiddam nectar e maius erat

Da mihi



Da mihi te facilem super hoc erit omnia, nec me  
Placatos credam plus habuisse Deos  
Sed quis ut exorem labor est? oracula non sunt,  
Si qua fides fame Delphica certa magis  
Et nisi non referunt animum quæ scribis eundem  
Te nihil usquam uno mitius esse potest  
A quoties cum scripta tuæ charissima dextræ  
Perlegerem mecum non satis ipse fui  
Nomina sunt per te magis illustrata meorum  
Hei mihi cur doleo nomen abesse meum?  
An fuit illi mali grauis inclementia fati?  
An patriæ nocuit barbara terra mihi?  
Vel quia te nobis sperabam sæpe futurum  
Si quis habere potest somnia spernq; simul  
Quicquid id est potui leuiter peccasse, repensum  
Quod tamen officio nunc grauiore fero.  
Liuius extremos fama commouit Iberos  
Ut peterent urbem Romule magne tuam  
Quem tu non moueas? quod non capiatur Erasmo  
Hoc silicem & ferrum pectus habere putem.  
In patria concessa agere oia, & esse quieto  
Quis credat per te non licuisse mihi?  
Et iam, uerna prius, senuit posuitq; nitorem  
Frigore iam tellus languit usta nouo  
Nec mihi, ut ex ista contemptrix turba poetæ  
Parte sumus, largas copia fudit opes

## S Y L V A R V M

Magnus in hoc aīus iter est pro munere sumptus  
Hoc ego sum Cræso ditior atq; Mida.  
Nec me uiniferi scopulosa uolumina Rheni  
Nec pluuia spirans terruit Auster aqua.  
Insidias, regio quibus est hæc plena uiarum  
An ne etiam Musæ pertinuisse queant?  
Sæpe ego per gladios. per tela inimica, per ignes.  
Cum Musis, Phœbo præsule, tutus eram.  
Nunc etiam his terris cum sæuiat improba pestis  
Seruauit uatem Christus Apollo suum.  
Tu modo Germanæ laus unica & ultima famæ  
Aspira uotis, si peto iusta, meis.  
Nec frustra uenisse pati uir maxime debes  
Est aliquid laudis forte quod inde petas.  
Sed mihi non auro, non est Eufratide gemma  
Quo sit opus de te non aliunde uenit.  
Scribimus à cœna scribentem frigora cogunt  
Appetere adstantis plumea strata thori.  
Cætera si dabitur tecum, quæ plura, loquemur  
Quæ nisi nos nemo debuit, ipse feram.

### AD IONAM COMMISSA SCRIPTA REPETIT.

collige quæ dedimus docti tibi carmina Ruffi  
c Ad dominum fas est iam remeare suum.  
Iam satis urētes tineas pauere, situq;  
Carmina plus nimio puluerulenta iacent.

Et nisi

LIBER III.

Et nisi cum primis Reuchlinia scripta remittas  
Vix aliquam credam te coluisse fidem.  
Namq; quid est toties repetita, remittere nondum  
Quæ dedimus paucos inspicienda dies.  
An quia desinimus studijs iuuenilibus uti  
His me delitijs posse carere putas?  
Quod te per superos & sacra silentia testor  
Per Venerem quæ te non sinit esse tuum.  
Redde meos Rufos, Reuchlinum redde docentem  
Moliri audaci Musica regna manu.  
Noster idem, sed non sæuus Draco, poscit Iona  
Omnia ridentis carmina redde Croti.  
Præterea Hutteni quo nam sit epistola fato  
Perdita, uel qua nam nocte sepulta iacet.  
Ne toties pergās certa spe fallere amicum  
Innocui uates & sine fraude sumus  
**AD PETREIVM APERBACCHVM**  
ut dialogos scribat.  
ualem docta suū numeris Verona Catullia  
q̄ iactat, & Aufidiam terra Capena Lyræ  
Quales Parthenope iactat Tyrrhena poetas  
Alterius syluas, alterius tumulos.  
Dispeream nisi te talem tua patria possit  
Si pede quo numeri contineantur eas.  
Quòd si forte uoles filo uenisse pedestri  
Non alio maior palma futura tibi est.

S Y L V A R V M

Non te blanda tui Iouiani fabula uincet  
Non Samoꝛateni friuola probra senis  
Ante quoq; ad Stygiam te descendisse paludens  
Vidit in obscura quaelibet umbra domo  
Nunc age si pudor est Petrei petere infima rerum  
Peruia scansuro quis neget astra tibi?  
Vade age, quid dubitas? animæ si in morte loquuntur  
Vrmet uiuentes garrula lingua Deos.

I N P R A E L E C T I O N E L I V I A N A

uisq; ades lege, ne lacera, nec diripe lectū  
q Si quid habes cordis, si quid habes fidei.  
Publica nō debent fieri priuata, nec unquā  
In proprios usus res aliena trahi  
Cur ita? sunt quaedam quæ multos scire uelimus  
Non mihi tu solus conueniendus eras.  
Vt niger aëreo sudans in puluere messor  
Iam medijs uerum cursibus urget opus  
Audax ut dubio depensus in equore nauta  
Iam facili coeptum remige sulcat iter  
Fortis ut inuisum delatus miles in hostem  
Iam rotat audaci tela coacta manu  
Sic ego qui subij magni penetralia Liui  
Quid faciam potius quam mea coepta sequar?  
Sic iuuat, estq; animus seu te tua candide pubes  
Fata trahunt alio seu meliora monent.

Sed

LIBER III

Sed moueant potius quæ sunt pulcherrima: namq;  
 Ingenij memorem te decet esse tui  
 Fallit inutilibus desumpta laboribus ætas  
 Præcipua est uirtus optima posse sequi  
 Perditur a studijs alienum tempus honestis  
 Tu ratio ad studium quæ sit honesta uide.  
 Est aliquid nouisse uiam qua recta petantur  
 Quam nisi cognoriss, uiuere somnus erat  
 Fertur ab Oceano quosdam traxisse, potentis  
 Liuius eloquij dexteritate fluens  
 Te mea non moueant etiam si uerba Maronem  
 Si referant uatem Bistonis ora tuum.  
 Nec loca sunt ad eunda tibi longinqua, nec ullo  
 Tempore quam perges puluerulenta uia est.  
 O bona nobiscum nata & fœlicia sæcla  
 Ipse tuas clamat Liuius ante fores  
 Testor mundi ignes, oculum Iouis, omnia uellem  
 Maxima pro nostræ laude subire scholæ  
 Atq; utinam tandem: spes est bona, uera uidentes  
 Cessemus quædam qualiacunq; sequi.  
 Sed tamen hæc aliàs, nec enim nunc ista uolebam  
 Non illum petijt nostra sagitta scopum  
 Hortor & admonco ne sis cessator in illis  
 Addita quæ faciunt uiuere, spreta mori  
 Nunc opus in cursu est, media nunc feruet arena  
 Romana inuictus pugil in historia

HH

B Y L V A R V M

Est operæ precium Romæ spectare iuuentam  
Ad florem niti, iam cupere esse senem.  
Dispeream si non impensam rite locabis  
Si licet impensam dicere, pene nihil.  
Lector abi, quoniam satis est legisse, ualebis  
Dexter, et hoc Hæssum desipuisse feres.

AD PETREIVM APERBACCHVM

œnia ad obsessæ mala permutatio Troiæ  
m Armorum Glauci cum Diomede fuit.  
Armis arma tamē mutata repēdere fas est  
Nec precium semper ponderis instar habet  
Tu quoq; nō precium sed amici commoda spectans  
Exiguum magna merce rependis opus.  
Nunc uideor Samij chlamydem posuisse tyranni  
Pro lacera fœlix insula ueste datur.

AD EVNDEM.

H ac noctu Romam tecum sum uisus adisse  
Et lustrasse oculis omnia uisa tibi.  
Narrabas monumēta Ducū, digitisq; notabas  
Mirificum tanta quicquid in urbe fuit.  
Omnia miranti tecum intrauisse putabam  
Tempore quæ longo culta taberna tibi est.  
Qualia ibi bibimus, Dij qualia uina dedisti?  
Non memini quicquam dulce fuisse magis.

Quod

LIBER III

Quod tamen hoc gratum fuit inter somnia, gratos  
Quod Romam mihi uel somnia rettulerint

AD MARTINVM HVNVVM.

um gelidus decimam Sol aspirabit ad umbram  
Sumpturus mecum prandia parca ueni.  
Gaudia nā suadet magni natalis Iesu  
Ut nouus hic nobis candidus annus eat  
Hoc tua promittunt nobis data munera, et istam  
Spem Martine ratam tu facis, ergo ueni.  
Sit tibi sit foelix, et eat sine nubibus annus  
Cuius nunc aperis proxime lane fores //

AD IOANNEM DRACONEM.

ertia Phœbeos ubi traxerit hora iugales  
Et fuerit nostra clausa palaestra manu.  
Balnea, loturi squalentia membra, petemus  
Qualia tam castos posse decere putes.  
Tu ne comes uenies? quid n. Draco candide nolis?  
Candidulos etiam sepe lauare iuuat.

ADEVNDEM

eliciae nostrūq; decus Draco candide si uis  
Conuiuia ut ueniam prandia lauta para.  
Nam q̄ heri coenā negleximus, esse fatemur  
Vix dignum uenia quod patiare nefas.

HH

## SYLVARVM

Quod si nunc etiam bonus aduentarit Ionas  
Haud epulo uellem candidiore frui.

PARTHENIO TRANQVILLO  
DELMATAE.

Non ego Phœbæa uinxi me a tempora lauro  
Non etiam uatis nomine dignus eram,  
Hoc tamē ex aīo tibi gratulor optime uates  
Tambona quod facta est lubrica Diua tibi  
Sed quia quod scribis, non Hessica tecta subisti  
Ex illa nobis parte maligna fuit  
Vel quia sic Genius uoluit natiuus, ab illo  
Quo sacra Dijs geniti sydere turba sumus  
Vel quia non noto uoluisti illudere amico  
Quod nullo Clarium pectine tangat ebur.  
Verum age per cōmune sacrum Trāquille Dearū  
Quas colis: hic Hessum ne latuisse uoles  
Cras tibi purpureum matuta retexerit orbem  
Da uideam uultus docte poëta tuos.

IN PRAELECTIONE LIVIANA

t ferus Ausonias bello quatit Annibal urbe<sup>s</sup>  
u Ut domat Hispanas Scipio uterq; plagas  
Fulmina Tinacriæ Marcellus ut eripit Ætnæ  
Atq; ortus aperit Diua Arethusa tuos  
Præterea ex omni certantes æquore classes  
Littora ut effuso sanguine tota rubene

Est



LIBER III.

Est preciam præclarum operæ cognoscere lector

Omnia quæ magno Liuius ore sonat

Desine mentitæ mirari prælia Troiæ

Hic est Thebani fabula nulla rogi

Hic mille Acacidæ, mille Hectoras esse putabis

Non aliâs tantis uiribus orbis erat.

Quis pudor est totis non hæc ambire medullis

Queis habet eximius littera scripta nihil.

PETREIO

d tua ducturum comitâtes prandia Musas

a Dum uideo, nullæ quæ sequerentur erant

Querenti causam, quæcûq; sit illa Dearum

Quæ tamen hæc misero redderet una fuit

Tu ne deas, quas te quoq; teste, Petreius omnes

Cui uult arbitria datq; adimitq; suo

Aut igitur sine me prande uel redde puellas

Quas mihi te totas surripuisse dolet.

AD EVNDEM

is tua pulsabam regali limina dextræ

b Insula pulsanti bis tua muta fuit

Quâ male iura regis cõmissi credita regni

Sitam deserta est insula sæpe tua.

Ni fortasse tuas seruet Seruatius ædes

Iam puto de regno est alea iacta tuo

Interea dulcis precor obliuiscere Cosmæ

Accipiunt nullas impia fata preces.

HH

S Y L V A R V M

AD MICHAELEM NOSSENUM.

*allude turdorum docili pectuscula culiro*

*e Et philomelæ as executisse nates.*

*Huc ades umbra diē decimæ cū pferet hora*

*Ponet & ingentes muta cathedra minas*

*Prandia tum nostræ ponent tibi lauta ministræ*

*Qualia cum Danaë Iuppiter esse uolet*

*Ad quæ cum geminis Aglaia sororibus issit*

*Cunq; suis mater nuda Cupidinibus.*

*Tam tibi non uiles patinas, tam bella paramus*

*Fercula tam nostræ est aurea uena gulæ*

*Pinguibus accedent bona condimenta catinis*

*Verba: ioci, risus, scommata, probra, sales*

*Vina bibes quæcunq; uoles, siue illa roganti*

*Proximus exigua pro stipe uendit amor,*

*Siue ea Thyringi manant de fronde racemæ*

*In nos tota suas copia fudit opes.*

*Huc ades infernæ pesti metuende Michaël*

*Angelicum nunc te pectus habere doce.*

AD MARTINUM

HVNVM.

*t tibi debemus multo quàm soluere possim*

*u Plura, nec officij est gratia parua tui*

*Sic quia te meritis nō possum uincere, debes*

*Ipse tibi uictor constituisse modum.*

Nam

## LIBER III.

Nam nisi quæ certas habuit uictoria leges  
Quàm bona sæpe fuit tam solet esse nocens.  
Vince tamen, quia sic nobis erat uile uinci  
Gaudentem uinci uincere posse leue est.  
Hos tibi deferimus titulos Martine, quòd olim  
Gloria non paruo constitit ista tibi.  
I nunc Antheos memora uicisse, poëtis  
Quando decus uictis Hercule maius habes.

### AD EVNDEM.

i fuit hesternæ gratum tibi nocte iocari  
S Xenophilis hospes Regibus Hunc ueni.  
Lauta bonus dederat Groningus fercula, uerū  
Regia nos dabimus prandia, lauta minus.  
Pauca ferunt nostræ nil præter oluscula mensæ  
Pauca auido stomacho si potes esse, ueni.

Finis Tertij libri  
Sylvarum

HH 4

# CLARIS VI

RO DOMINO IVSTO IONAE  
PRAEPOSITO VVITENBER

*gensi amico incomparabili suo*

*Helius Eobanus Hessus*

S . D .



RIORES TRES  
sylvarum mearum  
libros optime ac do  
ctissime Iona singu  
lis amicis nomina  
tim dedicavi, quar  
tum tuo clarissimo  
nomini reseruavi  
non quod in eo tan

tum tuum nomen celebretur, sed quod primus hic  
est, qui Lyrica contineat, quibus te semper mirifice  
delectari solitum esse non sum nescius, cum & in  
eo genere, sicut & in elegiaco multa luseris, ho  
dieq; ludere soleas, quoties animum illum uere ge  
nerosum à grauioribus curis, quæ tuæ dignitatis  
ratione nunquam fere tibi non sunt obeunda, remi  
sisti. Quid enim esse potest uno te urbanius? quid ci  
uilius? quis morum elegantia ornatio? quis ad risus  
liberales, & iocos cum dignitate facetos aptior?  
Cum enim ab incunte ferme ætate eisdem initiati stu  
dijs,

## E P I S T O L A

dijs magna ex parte una uixerimus, quid mirum si  
 te uix quisquam nouit, quàm ego melius? Est profē  
 eto, inquis, in Elegia dignitas maior, & naturæ  
 uis amplior, fateor, sed in isto genere uel tristitia uel  
 non satis pudica describuntur, magna ex parte, ne-  
 q; n. sic præfractus ac rigidus esse uelimus ut honesta  
 tem ac grauitatem elegis adimam. Nam Philippus  
 quidem noster eo genere psalmos & ipse scribit, et  
 ab alijs exigit. In Lyricis uero gaudia ioci, risus, sa-  
less amores, & alia id genus dominantur, non ta-  
men adeo sola hæc, ut seria non admittant. Nā ego  
 quidem ut in elegia ab impuritate rerum & uerbo-  
 rum semper abesse uolui, sic lyræ iocos & lasciuia  
 sepe grauitate sententiarum atq; etiam rerum quā-  
 tum quidem ego potui, temperaui: id quod etiā hoc  
 lib. quarto factū obseruabis, quē nō ideo tibi dedico  
 quia quartus est, sed quia uitæ moribusq; tuis aptis-  
 simus, nihil enim impuritatis habet admixtum. Nam  
 si hic ratio tuæ dignitatis, in qua te tua collocauit  
 eximia uirtus, habēda fuisset, non quartus modo sed  
 omnes hi libri tibi fuerant dedicandi, sic ut non in  
 frontispicio tantum, sed etiam in omnibus alijs libri  
 partibus ponereris, & ut nostro more iocemur, sub  
 nulla non arbore totius huius syluæ spaciareris. Et  
 ego satis sciebam pro summo animi tui candore ni-  
 hili facturum te quacunq; in parte libri nomē tuū.

EPISTOLA

legeretur. Nam & in tertio inter elegias conspici-  
 tur, quid ita? quia nolebam mœstos uersiculos pau-  
 lo letioribus commiscere, cum alioqui non magnè  
 in collocandis ac ordinandis huius syluæ arboribus,  
 delectū adhibuerim. Nā & quintus qui paucissimis  
 exceptis totus Ioachimi est ex maxima sui parte Ly-  
 ricos continet, quanquā argumenta istic sunt non pa-  
 rum liberiora. Non dubito mi Iona charissime quia  
 si hos libros legas iucunda tibi sit futura, studio-  
 rum nostrorum ac dulcissimarum consuetudinum  
 recordatio: quod dum facies simul cogitabis non  
 omnia imo per exiguam partem eorum quæ scri-  
 psi in hos libros cogere me potuisse, cum innumera  
 eorum & mea ipsius incuria & prauo amicorum  
 de me iudicio, hoc est, nimia meorum auiditate perie-  
 rint: & ego semper sic fuerim ingenij mei contem-  
 ptor ut multorum ne exemplar quidem apud me re-  
 tinuerim, sed ipsa ἀυτόγραφα in quæ effuderam  
 sæpenumero nunquam descripta amicis dederim,  
 & erat horum quoq; haud dubie bona pars peri-  
 turas nisi quæ adhuc extabant in multas ma-  
 nus peruenire curauissem. Vale mi Iona,

& librum hunc, meq; simul  
 in patrocinium suscipe.

Ex urbe Norica

Mense Martio. Anno M. D.

XXXII.

# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LIBER  
QVARTVS LYRICORVM

et aliorum quorundam promiscuus  
ad Philippum Melanch.



P T I M E, N A M  
q; negas passurum plu  
ra, Philippe

Nolis uelis ue no  
ster omnibus modis  
Quando ita Saxoni  
cum pulchre exerce  
tis ad Albim

In ista monstra liberam Tyrannidem,  
Quæ Romana parit sed plus quàm Lerna malorū  
Nos hic sedemus ociosi et abditū  
Non tamen usq; adeo in tenebris, quin lumine claro  
Fieri ista recte conspiciemur et probe.  
Sed tamen o nimum meliori sydere natos  
Adesse detur optimo ut negotio  
Quàm doleo, nisi forte lyre doluisse pudendū est?  
Qui rebus hisce tam petendis arceat.  
Seu procul obiectum radijs illuminat orbem  
Latetue propter inferos Diespiter.  
Vos mihi presentes cura, uos pectoris huius  
Ut una sic amica cogitatio.

S Y L V A R V M

Nunc pia ueriloqui Martini scripta reuoluens  
 Bonis malisq; nam mea refert nihil,  
 Proloquor, inculcoq; nec est cui cedere possim  
 Martinianæ laudis in certamine.  
 O quali pietate uirum, quàm uincere dignum  
 Manente flore uitæ mille Nestoras  
 Nunc tua, quæ possunt credi dictante Minerva  
 Tuenda iussa litteris fidelibus  
 Nunc iucunda mei Spalatini cura reducit  
 Amabilem illius necessitudinem.  
 Nunc subit inuicti grauitas non improba Phacchi  
 Fidesq; certa semper usa teste se  
 Nunc ego præcipue uobiscum uixere uellem  
 Cum sic habetis libera istic omnia  
 Friuola pontificis contemnere regna tyranni  
 Ut audeatis & queatis fortiter  
 Et merito, quis enim rationis lumine fultus  
 Bonaq; mente Christianus approbet  
 Quæ ferus exhaustum, iam non pater, ille per orbem  
 Venena spargit, & minatur fulmina?  
 Fulmina molliculum non decussura papauer  
 O nos metu deterritos inutuli  
 Siste tamen iustum Musa indignata dolorem  
 Res est agenda grandioribus modis.  
 His age nunc nostro numeris blandire Philippo  
 Inter sedenti musicos cupidines



LIBER III.

Gratulor Albidibus Venerem sociasse Camœnis  
Philippe te, commune & hoc mecum tibi est  
Dij precor hunc auctent gratum Musis Hymenæū  
Parens ut esse prole te digna queas.

AD IVSTVM IONAM STERILES  
ESSE MVSA S.

ī quoties laudas mea carmina dulcis Iona,  
S Feram stateras quot dedisse Cherilo  
Narrāt Cecropidas, quis Regū ditior alter  
Aequauerit me copiarum mercibus  
Sed tamen hoc fatuis gratum solet esse poëtis  
Quicumq; laudis aura flante pascimur  
Esurit interea Phœbus frigentq; Camœnæ  
Et inde laudas improbanda carmina.  
Esuriens culicem scripsit Maro, Cyrin, & Aetnā  
Satur Duces ad arma Dardanos uocat  
Præliararum cecinit ieiunus Homerus  
Troiam repletus & laborem Vlyssæi  
Nos quoq; qui steriles uacui torquemus Iambos  
Heroa quemlibet canemus aurei  
Quid tamen ista iuuat despectæ incommada Musæ  
Queri, negante se Dea uolubili?  
Illa quidem signis ut aberrat semper ab ipsis  
Bonis iniqua est, æqua semper improbis  
Nec pudet incertam quosdam dixisse poëtis  
Ea nihil cum constet esse certius

S Y L V A R V M

Nā si non certa est, quod adhuc non errat in Hesse  
Sinitq; talibus premi ludibrijs?

Quem uultu nunquam uidit ridente, sed auctis  
Videnda terga præbuit laboribus.

Cui Deus ingenium fauit mediocre, sed illud  
Fortuna rebus arcet indecentibus.

Nam qui per superos uictura poëmata pangat  
Qui uix labore uiuit improbo satis?

Tu tamen hæc laudas, quæ, tanquam somnia, nullo  
Nec hoc agentibus fluunt negotio.

Nec laudare tibi satis est quæ digna uidentur  
Virtus remunerata nulla non tibi est.

Magna tuis meritis debetur gratia Iona  
Beate Iona, sed future ditior.

Hoc tuus ille animi spondet uigor altus, et extra  
Conuexa mundi iam prouectus limina.

Macte animo terrena nihil meditante, nec ullis  
Obnoxio libidinum Sirenibus.

Magna tua nobis spes est pietate futurum  
Ut arceatur hæc tenax necessitas.

Quam tamen usq; adeo patienter in omnia passi  
Solamur hisce cunq; qualibus modis

Nam nisi sint quædam miseris solatia Musæ  
Labore pectus hoc malisq; occumberet.

AD VITVM VERLERVM VIRTV  
tem inuidiæ obnoxiam esse.

LIBER IIII

ulcis amicitiae nostrae comes, unica uera  
a Fidelitatis gloria,  
Optima pars uitae melioris, denique uita  
Beate Vite Candida.  
Quem nemo bonus odit, amant, uenerantur, honorant  
Quicumque non sunt pessimi.  
In uiridi nobis nuper spaciantibus umbra  
Propter susurrantes aquas.  
Multaque de studijs consueti more loquutis  
De Liuido sermo incidit.  
Questus eras, meministi quam te sine crimine Liuos  
Morsu flagellet improbo.  
Ne doleas, uirtus haec praemia sola meretur  
Apud furentem Zoilum.  
Vidit et indoluit summis te laudibus auctum  
Ille ille cunq; quisquis est.  
Doctus es, et facilis floret tibi gratia lingua  
Quis Liuos hoc tantus ferat?  
Comis et urbanus cum sis, constansque piusque  
Venas miser depascitur.  
Per fora, per plateas, per compita, templas uiasque  
Laudaris, hoc liuos dolet.  
Denique cuncta tibi ad uotum succedere spectans  
Pene curatus concidit.  
Nil miserabilius rebus mortalibus ortum est  
Sic semper ardente inuido.

S Y L V A R V M

Ardet & occulto miser as calet igne medullas  
 Cupido non tantum furit  
 Sæpe graues misero flammæ minuuntur amanti  
 Hic igne nunquam liber est  
 Non maiora aliquis dederit tormenta Perillus  
 Non impius Mezentius  
 Et tantum res miras sibi nocet, & duntaxat  
 Se carnifex euiscerat.  
 Aspice quàm toruo distorquet lumina uultu  
 Ut fictiles larvæ solent  
 Quales ire ferunt furias nocturna mouentes  
 Lethargicis insomnia.  
 Aspectum metuit uitam sine crimine agentis  
 Ut glauca solem noctua  
 Talem, crede mihi, cum tu patiare ferasq;  
 Sum passus ipse & nunc fero  
 Quòd si perstiterint non desinere esse molesti  
 Vtrumq; nominabimus  
 Ardeat interea quantum uolet, ardeat, & se  
 Liuore inani torqueat.  
 Nos alimenta igni dabimus uirtutibus istis  
 Nos gratia quarum fugit  
 Cunq; leget, si forte leget, quas scribimus, unquam  
 Sacro puellas pectine  
 Aspiciet nostræ fidei documenta uicissim,  
 Suspendet & se forsitan

Tu prior

LIBER III.

Tu prior occurre illi stomachumq; mouebis  
Præliminari pagina.

Huc quoq; respiciet, nec enim legit omnia liuor,  
Vitumq; rursus perleget.

Eheu quos gemitus dabis hic mœstissime Liuor  
Tam firmo amore territus.

Quin age ne garris contra, neu perfide latres  
Ni perditum iri te uoles.

At tu quicumq; es lector sine labe futurus  
Ignosce Vito ac Helio.

Est opus audaci muscas arcere flagello  
Ne sæpe pungant libere.

Irrequietum animal rostro mordente timendum  
Faceſſat in rem peſſimam.

At tu noſtrorum ſtudij uitæq; ſodalis  
Quo uix magis quicquam placet,  
Ne doleas ſi te malus inſectatur, & audeat  
Liure dignum credere.

Caſſa tua eſt uirtus, nunquam caret illa malignis  
Qui detrahant oſoribus.

Quin age deride, cœptoq; inſiſte labori  
Codro crepabunt ilia.

AD IOHANNEM LANGVMER  
PHVRDIANVM VT SVB VER  
NV M TEMPVS ANIMVM RE  
mittat à ſeuioribus ſudijs.

## S Y L V A R V M

am uer amœnum dotibus aureis  
I Informat annum, iam uiridi coma  
Pubescit orbis, iam renidet  
Omnis ager meliore uultu  
Natura rebus spirat, & influit  
Vis gratiarum luxuriantium  
Natiua ridentes camœnas  
Fronde Venus uiridi coronat  
Vides ut omnis germinet arbutus  
Decus resumat sylua, nec arcans  
Flores, & aruales puellæ  
Serta legant, auiumq; dulce  
Percussus aër murmure consonet  
Concordia rerum uariantium.  
Hinc riuus agnatus susurro  
Auribus Aonidum placenti  
Salutat herbas, hinc uirides aquas  
Opacat arbor, parte alia uiret  
Gratum uel in tonso sedile  
Pieridum & citharæ magistro.  
Potes sub istas orbis amabiles  
Latere dotes, semper & anxij  
Curis potentum litterarum  
Sollicitam cruciare mentem?  
Gaudet remissis Musa laboribus  
Nec semper idem est impetus omnium  
Nec

LIBER III.

Nec debet esse omnes per artes  
Grata quies solet esse magnis  
Alternarebus, Lange decus meum  
Decus bonorum desere tristium  
Fomenta curarum labores  
Si tibi nec graue nec molestum est  
Descende nobis, hic tibi dulcium  
Sodalium liberrima copia  
Risusq; grati non deerunt  
Tempora ne perijsse furtim  
Sero queramur, non redeunt enim  
Quaecunq; labens abstulit hora, nec  
Nostræ quod abscedit iuuentæ  
Restituet ueniens senectus.

AD TEMONIVM DOLET QVOD

in Septentrione uiuat.

reton remotus sub gelidum procul  
**A** Quæ dura septem terrarum trionibus  
Subiecta piscosos Borussos  
Terret Hyperboreis pruinis  
Huc huc remotus qua miserabilem  
Vterq; uitam, quod studijs uacet,  
Pinguuoluptantes in aula  
Viuius, heu pudor est fateri.  
Huc huc remoto quid mihi litteras  
Laudas beatas? quid studium refers

S Y L V A R V M

Doloq; tentas efficaci  
 Degenerem stimulare mentem.  
 Iam prisca cessit iam iacet & situ  
 Virtus, & altis fracta doloribus  
 Vix illius quicquam relictum est  
 Hesiaca generositatis  
 Veni nouenas cum puer ad Deas  
 Aetate uix dum pubere, tum mihi  
 Radice succreuit benigna  
 Quae modo spes miserum se fellit.  
 Si quando doctos audieram uiros  
 Famaq; dignum quicquid erat bona  
 Ardore sublimi ferebar  
 Raptus, ut exanimata Phoebas.  
 Tu nunc eodem lenta cupidine  
 Quid esse credis pectora? quid mihi  
 Regni magistratus Latini  
 Quem nihil ista mouent, recensese?  
 Quas docta iactet Felsina litteras  
 Ut illa laudes uicerit Atticas  
 Regnante deducis Lico  
 Garrulus immodico phalerno.  
 Cur non seuero sobrius ocio  
 Ad praesidentes hoc agis arbitros?  
 Ieiuna mens consultarum est,  
 Nox sine iudicio est merumq;  
 Causam



LIBER IIII.

Causam notaui, dum calet & sibi  
Coniuncta mens est, posse trahi putas  
Quocunq; facunda disertus  
Mellifluaq; uoles loquela  
Sic est amorem sentio feruidum  
Eas sit fateri Palladis Italæ  
Iam quicquid est uitæ peractum  
Poenitet, & ueteris negoci  
Quis me citatis impetus Africis  
Quæ mista seuis uis Aquilonibus  
Hinc tollet ad gentem Latinam  
Qua stipico meret ære Pallas?  
Non diues auro, non Tyrio nitens  
Superbus ostro, quid faciam precor  
Inuestis & pauper poëta  
Oro canam stomacho ciente?  
Sed quis canenti propulerit famem?  
Versus ne uates esse queam meos?  
O sæcla priscis duriora  
Esuriet modo pauper Orpheus  
Quid restet ergo consule si potes  
Quo tam beato sydere perfruar  
Quod Sarmatis Hæssum relictis  
Felsineos ferat ad penates  
NON SEMPER CVRIS AC LABO  
ribus insistendum.

S Y L V A R V M

uisquis æterno uiolenta cursu

Q Ocia exercet, requiemq; nullam  
Rebus admiscet, nimia necesse est  
Mole grauari.

Sicut arentes nimio calore

Solis æstiuu iuuat imber agros

Sæpe tempestiua graues leuat re  
missio curas

Vt nec æternum uigilare quisquam

Nec potest dormire, sed hæc uicissim

Sic suos cauta sapiens labores

Temperat arte

Quicquid alterna requie carebit

Haud diu firmum poterit manere

Hæc nouat uires, parat ægra iusto

Membra labori

Fessus audacem iuuenis palastram

Linqvit interdum repetitq; rector,

Sæpe mutatur mare, nulla semper

Nauis in alto est

Ecce nunc plectro citharam canoro

Pulsat, & raptam queritur puellam

Arua nunc magnæ spacioua Troiæ

Lustrat Achilles

Nunc bonis charos epulis amicos

Accipit, nunc merce rogata multa

Arma

Arma detrectat, fera nunc in hostem

Bella capeßit

Ille monstrorum domitor potentem

Fertur interdum posuisse clauam

Et sub inuicto tenuisse mollem

Pollice fusum

Cautus errantem tenuit phaselum

Nec fuit semper sapiens Vlyßes.

Solus & semper sapit ille magni

Conditor orbis.

Nos decet quandoq; uacare curis

Et parum stultos fieri & remissas

Ingeni uires recreare, & acri

Corporis artus.

Ille magnarum grauis ordo rerum

Illa uis coeli superumq; uirtus

Res agit nostras, hominesq; certa

Lege gubernat.

Nemo uim fati uolucrisq; caelo

Intulit quamuis Deus illa nostris

Temperat motus precibus uetatq;

Perdere terras.

Nemo praescriptum sibi transiliuit

Coelitus finem, numerumq; uitae

Quicquid hic infra est ubicunq; rerum

Pendet ab astris.

S Y L V A R V M  
AD IONAM IN HOSTES STV  
DIORVM.

ona bonorum gloria nominum  
**I** Decusq; nostrum, cui Deus obtulit  
Florem iuuentæ possidentis  
Omnia, quæ faciant beatum  
**V**idi & relegi qualia scripseris  
Linguae Latinae quàm doleas uicem  
Sic heu petita barbarorum  
Morsibus, inuidia, ueneno.  
Cladem ruina non sanabilem  
Vlloq; uinci milite nesciam  
Amice deploras fideli  
Pectore conquererisq; iuste  
**V**t ille raptæ coniuge Thracius  
Lyræ magister flebilibus modis  
Frustra recantatos amores  
Dite preces fugiente luxit  
**H**æc certa lex & dura necessitas  
Quamuis iniqua est, sed tamen hoc habet  
Vt pessimi semper bonorum  
Nominibus studeant nocere.  
**A**n forte nescis hanc miserabilem  
Cladem bonorum? nunquid & antea  
Expertus insanum furorem  
Prodigia ista cruenta rides?

Quando

Quando sibi ipsis carnificina sunt  
 Se præter ipsos non aliquem premunt  
 Ceu plena flammarum procellis  
 Pallida Vesuij uorago  
 Aut Aetna tristis regia fulminum  
 Ipsam suis se conficit ignibus  
 Quam nullus extinguat refuso  
 Iuppiter Oceano per orbem.  
 Sinamus istos desipere & suis  
 Perire fatis, nos fatuas aues  
 Linguas mouentes rideamus  
 Progeniti meliore fato.

AD CHRISTOPHORVM HACVM  
 HERICHVNTIVM POE  
 tam Lyricum.

t te Deorum munere coelitem  
 A Plenum potenti pectora spiritus  
 Tandem mihi placata nostris  
 Sydera constituere terris.  
 Cognate Musis quisquis, haud enim  
 Te, scripta præter carmina, nouimus  
 Dignus Ioui cantare, plectro  
 Tangis ebur lyricum suauis.  
 O prima terræ laus Herichuntiae  
 Tam gratioso dic ubi pectine  
 Prodisse credam, dic per omnes

S Y L V A R V M

Te superos precor o amice.  
An matre Musa natus Apollini  
Reddis uetusti pectus, & os Lini?  
An quintus ex pauone prodis  
Quem Samius docuit magister?  
Certe per alti te iuga Lybethri  
Duxere Musæ sacraq; tempora  
Cinxere laurenti corona  
Orphea quæ decuisse posset.  
Quem non moueret tanta sonoritas  
Et uis amœni carminis, & uigor  
Siue ille Getulos ferina  
Duricie superet Leones?  
Siue inquieta sæuior Adria  
Et saxa uincat robore pectoris  
Saltabit ut Bacchæ furentes  
Hæc tuo saliente plectro.  
Docta notatum carmen arundine  
Missumq; nobis legimus, & tibi  
Gratamur & faustos rogamus  
Viue dies memorande uates.

AD EVNDEM RESPONSIO.

ec tu credideris poscere mutuum  
Nec me non aliquo iudicio tuas  
Laudes ad lyricam dicere barbiton  
Virtus laude nitet sua.

Me summana

Me summum grauido tollat in aëra  
 Versu fama mori nescia, nec meos  
 Liuor post cineres ipse quieuerit  
 Virtuti inuidia est comes.

O qui me superis misceat, aut parem  
 Cœlo semideis præferat omnibus  
 Vnus Meonides non satis est mihi  
 Virtus se quoq; maior est.

Mulos alteruirum quis scabere impedit  
 Infœcundum animal? desine, talibus  
 Musas opprobrijs nemo notauerit  
 Virtus mens sibi conscia est.

At te laude noua laus manet amplior  
 Si quod uelle canis, laudi operam dabis  
 Atq; hoc fata modo fugeris improba  
 Virtus morte caret, Vale.

AD EURICIVM CORDVM INVI  
 tat ad deambulationem.

um te quietum ignobile ocium iuuat  
 D. Musæq; nunc primum graues  
 Umbraq; forte languidus domestica  
 Somnum repugnantem uocas  
 Me prata riuis undecunq; lucidis  
 Potata, et aruorum situs.  
 Amabilesq; ueris et Fauonijs

S Y L V A R V M

Nouum spirantis gratia  
Quare o amice Corde, si libet, ueni  
Visure mecum sospitem.  
Gliscentis auram ueris, et nouum decus,  
Ciere quod possit tibi  
Somni fugacis insuaue poculum  
Plus quam diurnæ plumule.

AD EVNDEM.

i te nocturna iuuat hora Corde mi  
S Quid est quod inde dormias.  
Veni petamus ut fluenta lucida  
Rurisq; delectamina.  
Quod si Liëo moestus hesternò iaces  
Nil sanat exedra magis.

AD IOANNEM RHAGIVM AESTI  
campianum

esterna Rhagi prandia si uelim,  
H Breui apparatu constiterint licet,  
Mutare cum mensis Deorum  
Incelebri lateam sub æuo.  
O cincte lauro tempora uirgine  
Virtute foelix insuperabili  
Quò pergis hinc? quò te reducis  
Vultibus heu procul ex amicis.  
Diem uel unum plus nimio fuit  
Manere tecum? quo fugis impetu  
Tanquam



LIBER III.

Tanquam citato .uix decebat  
Sic Lapithas fugere efferatos.  
Sed ordo rerum sic iubet improbus  
Non esse firmum quod placuit diu:  
Contra quod odimus manere  
Ceui glutino remorante fixum.  
Fortuna frustra nos tamen occupat  
Licet sub Arcton deferat ultimam  
Non te mihi celabit unquam  
Pectore non trahet ex amico.  
Vt ora praesens non uideam tua,  
Mentem uidebo, mente ero proximus,  
Mens quolibet tuto uagatur  
Legibus impedita nullis.

IN PROFESSIONE CHRISTIANA  
rum Heroidum.

hoebus Australem fugiens ad axem  
P iamq; demersas aditurus arces,  
Nuper ardentis sinuosa linquit  
Brachia cancri.  
Languet aestiui species decoris.  
Semiconcisum positura cultum  
Vestibus uernis spoliat recedens  
Gratia syluis.  
Ne tamen totum posuisse credas  
Quicquid est usquam melioris anni

## S Y L V A R V M

Temporis dudum uiden ut peracti

Messis in herba est?

Ver nouum quicquid ueniens reclusit

Quicquid aestiui peperere soles

Reddit Autumno ueniente pleno

Copia cornu.

Corbibus plenis Cererem colonus

Congerit, pomis grauidæ laborant

Arbores, pendent uirides ab alto

Palmite botri.

Tam bonum suadet meliora tempus

Queis niues cedant hyemis futuræ

Condere, et nuper subiti laboris

Carpere fructus.

Nos quoq; a rebus similem trahentes

Ordinem fas est generosa pubes

Rite mutatis studijs benignas

Subdere Musas.

Hactenus messis Ciceronianæ

Legimus spicas, spaciosa passim

Arua lustrantes, precium laboris

Dulce tenemus.

Ecce nunc blandæ, pia turba, Musæ

Virgines castæ, teretes puellæ.

Offerunt sese uenientibusq;

Mollia rident

Lector

LIBER III

Lector exaudi, pie lector audi  
Quis uetat? quis te prohibet? quis obstat  
Dulce Musarum subijsse dextro  
Sydere limen?

Virgines quando tibi tam pudicas  
Atq; tam sancta pietate fultas  
Scribimus, uix ut ueterum nouas He-  
roidas æquent.

AD VALENTINUM TYPELIUM

ne aduersis succumbat.

e forte credas dimidium mei

N Curas inertes inter & improbas

Obluionem ferre de te

Forte meam potuisse Musam.

Chartas resumit nuper inutiles

Et pauca, quamuis non lyrico solet

Plectros sed alterno sonare

Carmina uix properata mittit.

Ecquid beatis ædite gratijs

Diuis Typeli chare fauentibus

Curas & insanos labores

Non animo pateris quieto?

Mœstus decorum conteris ocium

Doles peractum non reuocabile

Sic sic perit uernans iuuenta

Ante diem subit heu senectus,

Curae frequentes & labor & dolor

SYLVARVM

Corpus perurunt, ut noua Syrius  
 Exhaust implacatus arua  
 Procyon ut grauidas aristas.  
**Tu** uero noctes atq; dies graui  
 Consumis æstu pectoris anxij  
 Tanquam dolor prodesse possit  
 Et miseram releuare sortem.  
**Quanquam** per omnes te superos precor,  
 Qua sorte pressus? quam miserabilis  
 Possis ut accusare recte  
 Et merito grauiter dolere  
**Sicut** palustrem flectat arundinem  
 Quantumlibet uis parua Fauonij  
 Pinus resistit fortiores  
 Despiciens Cerealis Euros  
**Sic** tu minacem labilis impetum  
 Perferre sortis non potes, & graui  
 Plangore fortunam laceassis  
 Tale nihil prope te merentem  
**Nunc** læta ridet, nunc fugit aspera  
 Versat, reuersat cuncta potens heras.  
 Nulli diu constans amicas  
 Orbe super uolucris rotata.  
**Sic** uniuersæ molis imaginem  
 Rerumq; uultus exprimit omnium:  
 Nunc fulminum uis alta seuit:

Nunc

Nunc placidi rediere soles.  
 Iam nix in altis candida rupibus  
 Iam uernat ima ualle uirens rosa  
 Iam frigus est argente bruma  
 Iam rapido calet annus aestu.  
 Nec semper etas una hominum manet  
 Nec semper unus rebus in omnibus  
 Splendor, status, natura, uultus  
 Cuncta uicem uariant per orbem.  
 Ergo querelis pone modum tuis  
 Effœminatam pone animum precor  
 Et te recognoscens memento  
 Esse uirum, uir ut esse possis.  
 Sic te per istos candida turbines  
 Fortuna spectans prosperet, & locet  
 Inter beatos quos amaui  
 Sponte dolens dolet impudenter.

CELEBRAT NATALEM VIRGILII

uisquis Octobres ueneraris Idus  
 Q    Esse nascenti celebres Maroni  
       Noueris, nec te fugitiua fallant  
 Tempora lector.  
 Iduum magni colimus Maronis  
 Luce natalem, bona uerba, queso  
 Lux bona affulsit, procul hinc profanum  
 Vulgus abesto

S Y L V A R V M

State præcincti inuenes coronis  
Laureis frontem decorate sertis  
Et choros circum sacra, cum nouenis  
Ducite nymphis.

Vester hic magno memorandus orbi  
Nascitur uates, celebrisq; uita  
Spiritus haurit, date plena iussis  
Pocula dextris

Quisquis est Musis adeo malignus  
Ut quod ignorat prohibere tentet  
Absit, & Musis odiosa solus  
Ocia ducat.

Vos decet magnum celebrare uatem  
Nobilis primum studij parentem  
Optimus quem quisq; colit, sed omnis  
Pessimus odit.

INVITAT AMICOS AD LAETICI

am liberioris conuiuij.

ura tenaces, & nimis anxiae

C Valet tandem sollicitudines

Cras festa Baccho sacra amici

Læticiæ domino paramus.

Adeste uernis tempora floribus

Circumligati, nectaream comæ

Spirent odorem, nunc licebit

Quicquid erit libitum sodales

LIBER IIII

Assueta nostris Cynthia montibus  
Ceruam uolanti fixit arundine  
Nobisq; commisit ferendam  
Delicijs nemorum puellis  
Regina Amorum Cypris amabili  
Stupenda uultu uenit, & improbum  
Telo puellum non inertum  
Nescio quid monuisse uisa est.  
Heu quantus illum feruor & impetus  
Quæ flamma? quæ uis impatientie  
Euiscerabit, quem sagittis  
Ille suis per assequetur?  
Cauete amici, sub specie boni  
Miscet uenenum, pectora fortium  
Furtim sefellit multa, doctus  
Insidias struere efficaces.  
Vos forma & ætas, & iuuenis decor  
Aptos iocosis fecit amoribus  
Vos Gratiae lasciuentes  
Conciliant Veneri superbae  
Cauete amici mobile proxima  
Telum è fenestra librat amor, neq;  
Retrahet exertum pharetra  
Sed iacit & ferit imparatos.  
Io Liëum nunc potius patrem  
Cantemus inter pocula, concinane

S Y L V A R V M

Vinum coronantes ministri  
Quale puer Phrygius tonanti.  
Letemur cya, tristia sint procul  
Frontis seueræ nubila, deperit  
Quicquid uoluptati negatur:  
Viueret tristitia sine, uita est.

IOANNI OSTHENIO EQVITIPOMERANO

aulias uerno philomela cantu

D Quàm sonis consors paribus laceffit  
Sæpe uocali fugat impotentem  
Gutturæ uitam.

Coniugem turtur uiduata plorans  
Surculo nunquam sedet in uirenti  
Voce respondet tamen hæc amanti  
Sæpe palumbo.

Proximum rauco canit ore Phœbum  
Nuncius lucis, repetitq; crebris  
Vocibus carmen resonum tenentis  
Proxima Galli

Obticet nunquam fluuiialis anser  
Audiens uocem socij canoram  
Cominus, quem nec pudet indecoro  
Clangere rostro.

Alites prisce Palamedis audi  
Arduum certo numero uolantes  
Paruus alludit quibus in marinis

Vipio



LIBER III.

Vipio stagnis.

Voce clamosa gemebunda Cocyx  
Frondeum complet nemus, & ueretur  
Ne suis fors an aliena uincant  
Carmina uoces.

Quadrupes notis etiam resultat  
Vocibus, tauros uideas salaces  
Lata mugitu resonare circum  
Pascua rauco  
Omne responsis animal suētis  
Gaudet & contra resonat, nec unquam  
Sponte mutescit cupideq; uoces  
Audit amicas

Dulcis Osthēni nec auis, nec ipse  
Quadrupes, uerum decus & uoluptas  
Spiritus sacro Clarios mouentis  
Numine uates  
Cur nihil nostris solita canēnis  
Voce respondes animose uates.  
Heu mihi mutæ merito uocande  
Rana Seriphi.

AD GENEROSVM HERMANNVM CO  
mitem à Noua Aquila commendatamicum.  
Princeps ab alto sanguine nobilis  
P Hermanne gentis laus & honor tuæ  
Rebusq; fortunæ beate

KK 3

SYLVARVM

Clarior ingenuas per artes  
 Quem fama tantis laudibus euehit  
 Quantis uel æquum semideos fuit  
 Vixisse, nec nostræ tacebunt  
 Pierides, nisi te pudebit.  
 Splendore motus nominis inclyti  
 Te non inerti carmine dicere  
 Si forte fauissent uolebam  
 Nunc mihi difficiles camœnæ  
 Verum quod egi sæpe negocij  
 Reiecit horam semper in ultimam  
 Occasionis aucupatæ  
 Frustra animo cupiente casus.  
 Donec medendi munere nobiles  
 Thermas petentem, quo neq; doctior  
 Nec charior mi contigisset  
 His licitum est onerasse nugis  
 Nugis Petreium sed melioribus  
 Dignum ferendis, cui sua gratiæ  
 Lasciuientes contulerunt  
 Et faciles sua dona Musæ  
 Nunc te Deorum cura fauentium  
 Hermanne per te per superos precor  
 Hac laude credas esse dignum  
 Quem tibi nom temere probatum  
 Commendat Hæssus non minimus tuæ  
 Virtutis

L I B E R III.

Virtutis admirator, & omnium  
Postremus idem sacra Phœbo  
Pieridumq; choris ferentum  
Quòd si probatum fata Petreium  
Vestraq; dignum laude reduxerint,  
Dij qualibus te gratiarum  
Ponderibus uelut obruemus  
Vale beatis nate parentibus  
Fœliciori sydere te decent  
Virtute florentes coronæ:  
Floret enim sine fine uirtus.

IO. OSTHENIO SVO.

eligna quales Calliope modos  
P Vates ab alta qualia Bilbili  
Lusit uel aurato Tibullus  
Carmina digna canenda plectro.  
Tales iuuenta uix modo pubere  
Certante priscis carmine uatibus  
Deducis Ostheni camœnas  
Huc procul ex Heliconis antro.  
Quis te beatis quis puer intulit  
Locis? deorum quis tibi nectare  
Os irrigauit? quis potenti  
Pectore spiritus inuolauit?  
Seu uoce molles blanda elegos canis  
Lyræ plectro tangis eburnea

KK 4

S Y L V A R V M

Solatus insanum furorem  
Imperium Veneris retrectans  
Decent canentem cum cithara fides  
Decent coronæserta q; laurea  
Decent puellares querelæ  
Heu nimium Veneri placentes.  
Iam te sub altis carmine rupibus  
Tristi querentem nunc bene nunc male  
Cupidinem uestris fauentem  
Matre Dea statuente furtis  
Stupent latentes in latebris feræ  
Sicut potentem cantibus Orpheæ  
Lupiq; syluestres, & ursæ  
Auribus attonitis morantur.  
Si fata te non inuida prouehent  
In longa uitæ tempora, quis feret  
Porro futuri spiritus uim  
Maior enim superabit, æui.  
Nunc illud alto semen ab æthere  
Ne uirulentis obrue luxibus  
Mens fluctibus demersa nullis  
Maxima fortibus est uoluptas.

AD RECTA STUDIA ADHORTA  
tio. Senarij lamb.

uo uana tandem mollium dicta aurium?

Q Quid usq; nugas tam probare rancidas?  
Modum

LIBER III.

Modum ne tandem barbaris ineptijs?  
 Et improbum domabimus cupidinem?  
 Nam quid repertis frugibus glandem sequi  
 Vuisq; præstat Acheloa amare cornua?  
 Dulces Ephebi dum iuuenta florida est  
 Dum uernat ætas, & uiret pubes calor,  
 Multum interest, quam quisq; sectetur uiam,  
 Qualem senectæ uel probet uel non probet  
 Sed heu Deorum quæ sit inclementia  
 Mala approbamus, improbamus optima.

AD CORDVM INVITAT AD ME

liorem uitæ institutionem.  
 atis dierum Corde fugatium  
 S Tenore uitæ triuimus anxio  
 Dum magnus obliquum pererrat  
 Signiferum Deus, & propinqua  
 Salutat orbem luce Diespiter  
 Triuisse metam nunc dubiam satis  
 Nunc tempus est summam peractæ  
 Reddere cum ratione uitæ.  
 Si longa rebus tempora ludicris  
 Donare iuuit, pauca decet bonis  
 Cessisses ne dum iussa Diuum  
 Negligimus sacra, negligamur.

IN LIBELLVM QVENDAM DE  
 Legibus.

KK 5

S Y L V A R V M

ector si uacat, & cupis uidere

**L** Quae sit iuridicae professionis  
Virtus, regula, meta, quae sacrarum

Legum praemia, iudicum dolosas

Falsorum cathedras, iniquitates

Fraudes, pragmata pestilentiarum

Vno tanq; breui damus libello

Vt totum una anima haurias legendo

DE MARTE ET VENERE AMAN  
TIBVS.

uae per iniectas pueri sagittas

**Q** Perdedit multos, genitrix amorum

Se quoq; inuicto pueri potentis

Perdedit arcu

Quid puer saeuis generose? parce,

Vulneras matrem, quibus hanc petisti

Rectius mittes in Adonicidam

Spicula Martem

Sed tuo fixus prius ille telo

Armaq; & uultus posuit minaces

Et tuum, supplex tibi factus uni,

Numen adorat.

Nuper armorum Deus ille inermis

Horret audaces pueri sagittas

Heu mirata genitrice quanto

Sanguis ictu.

Dixit

LIBER III

*Di. Pe Mars uultus ubi nunc superbi?  
Arma quid profunt? trahe quicquid usquam est  
Virium, si fors dominam potentem  
Vincere possis  
Stabis imbelli similis puellæ  
Ipsa prescribit tibi iussa uirix  
Diua quæ totum moderatur istis  
Legibus orbem.*

AD MICHAELEM NOSSENUM.

*um tulauta tuis conuiuis prandia ponis*

**D** *Pacis minister Angele.*

*Nos quoq; lauta minus, sed nõ peiora, sed ipsis*

*Diuis placitura prandia.*

*Prandia formosis celebrauimus aucta puellis*

*O Iuppiter quæ qualia*

*Sed quia tu poteras sine Regibus esse Michaël*

*Iratris parce Regibus.*

AD EVNDEM.

*uod pro scommatibus iocos remittis*

**Q** *Cultos pro rudibusq; frigidisq;*

*Pro tam uilibus utiles, facetos,*

*Pro uanis leuibusq; ponderosos:*

*Hoc quod te decuit facis Michaël*

*Quod nostræ potuit decere leges*

*Consuetudinis, hic fidele pectus*

*Hic agnoscimus, aureosq; mores*

S Y L V A R V M

Qui charum mihi te meisq; Musis  
Fecerunt, faciuntq;: sed quid hoc est  
Quod Musis ais excidisse nostris?  
Tanquam scilicet excidisse possint  
Quæ uinclis adamantinis ligarunt  
Nostra in pectora perpetes canoena.  
Quare ne dubites amice noster  
Constantes in amore nos manemus.

AD PETREIVM APERBACCHVM

Iocus.

oturo lutulenta per diurnos  
L Soles corpora pulueremq; foeda  
Sudorem cito fortiterq; agentis  
Centum Theriacæ recoctionis  
Drachmas mittere ne graueris Hesso,  
Puræ, nobilis, optimæ, probatæ  
Qualem cautus habere Mythridates  
Contra toxica lenta consueuit.  
Quo facto ut uenias simul lauatum  
Dux te per medicas rogamus artes  
Per numen recubantis Aesculapi  
Vicini prope uortices Hieræ  
Quos Aurelia templa conspiciantur.

AD EVNDEM IOCVS

i recte tibi creditam gubernas  
S. Regni nobilis insulam, facisq;  
Regi



LIBER III

Regi munera Satrapæ fidelis:  
 Si non stulticiæ beata regna  
 Et Regem Ioue gloriosiore  
 Spernis, nec sapientiæ tyrannos  
 Grassari sinis in tuos colonos:  
 Si uera est tibi cura Morionum  
 Quos Encomia nulla, nec poëta  
 Vlli pro meritis referre possunt:  
 Nunquam deniq; si cupis uideri  
 De quadam sapientiæ farina  
 Ne gratas hodie sequare nymphas  
 Nec passim Veneres libidinantes  
 Ut cum tempus erit uenire possis  
 Ad Regem tibi debita imperantem  
 Pro re dicere publica uolentem  
 Communis ditionis insularum  
 Terrarum omnigenum prouinciarum  
 Quas toto tot in orbe possidemus  
 Regnum cum superis idem tenentes  
 Mandamus tibi gloriose ductor  
 Stultorum, & generis noui repertor  
 O donande potentiore sceptro.

AD IONAM CVPIT AVDIRE

noua.

ingua nobilis, ore fulminator,

L Cui mentem genius dedit beatam

S Y L V A R V M

Dignum caelo animum parente, quis te  
 Fortunæ modus interim rotavit  
 Pulchri moenia donec Isenachi  
 Orator colis, Hæsiamq; nostram  
 I sti pene uiragini Camillæ  
 Ereptam cupis, arte, iure, lingua,  
 Dic quæ nam noua? quæ strepunt in aula  
 Regum nomina? bella, qui tumultus  
 Nostris urbibus imminent? quid audet  
 Extorris patria manus Suæui?  
 Lugentes Aquilas quis excitabit?  
 Quo uiuunt Zephyro beata nuper  
 Galli lilia? quas Iberus undas  
 Quas turbas uomit? unde Lilileto  
 Sub uer sæuit hyems? futurus an sit  
 Cæsar Carolus? an ne Ferdinandus  
 Quæ μῶρον modo copiae Tyranno  
 Cudunt exitium? fauete Diui  
 Romanis Aquilis. & impotentes  
 Roma pellite, serte sanguifugas.  
 Qui nostrum penitus bibunt cruorem  
 Epotos nebulis replent & aura  
 Et bullas iaciunt inaniore  
 Ipsi quas mare sudat æstuosum  
 Bullas, plumbea uerba, monstra, nugas  
 Quis credat precor improbis Cynedis?  
 Piscatoribus

LIBER III.

Piscatoribus amnium aureorumque  
 Tende retia Petre tende nassam  
 Expiscare tui maris uenena  
 Hydros, noxia monstra, scorpiones.  
 At tu chare Deisque gratijsque  
 Disertissime patriæ nepotum  
 Tandem te mihi redde, quid moraris  
 Vni te mihi reddidisse tandem  
 Hesso non tamen, omnibus reuersum  
 Quos tota tot in urbe delicatis  
 Ardes ignibus. O beate Iona  
 Quin tu deseris ista summa, et haste  
 In ualles iacis? aut iubes uenire  
 Quem si non habeas habere uelles,  
 Quo non uerius alter est, amicum.

AD PETREIVM.

quod si balnea nulla te morantur  
 Q Curata cute si uales uel omni  
 Angue lucidior uires iuuenta  
 Si constas tibi mentis ingenique  
 Statu, robore, dote, flore, fructu  
 Heus charum caput o beate Petrei  
 Ad nos cum decimæ tenebit umbræ  
 Metam Sol uagus, ut uelis uenire.  
 Per Musas, per Apollinem, per omnes  
 Oramus Veneresque Gratiasque

S Y L V A R V M

Per te, per tua purulenta crura.

His morem gere septies rogamus.

AD EVNDEM.

Petrei deliciae facietiarum

P Musarum decus eruditiorum

Quem blandae Veneresq; gratiaeq;

Omnes, quae uel ubiq; sunt uel unquam

Fuerunt, alijsue erunt in annis

Arrident, placideq; blandiuntur

Tanquam non alio prius receptae

Sinu tam genialiter quierint

Quem Musae socialibus choreis

Quem nymphae charitesq; coniugatae

Et castae tamen et libidinantes

Passim concomitantur, et decoro

Stipant agmine, qualis inter ipsas

Aut Phoebus pater, aut Iouis minister

Facundus uideatur Argicida

Petrei deliciae decus uoluptas

Musarum, Venerumq;, gratiarumq;

Et nostra fauor, aura, spes Thaliae

Per Musas Veneresq; Gratiasq;

Tam dulces tibi, tamq; coniugatas

Tam blandum tibi tam piuum canentes

Nam sanctas et amabiles puellas

Per nostram quoq; te precor Thalam

Si nostrae

LIBER III.

Si nostræ locus ullus est Thaliæ  
 Quo te, quo Charitas tuas precetur  
 Ut uillæ monumenta Tusculanæ  
 Iamdudum mihi te illa pollicente  
 Velis mittere, meq; pertinaci  
 Et cura graui & anxia leuare.  
 Pro queis munera si petis uicissim  
 Tot uersus tibi muneri remittam  
 Quot toto tibi suggerunt in anno  
 Et Musæ Vneresq; Gratiæq;  
 Risus, scommata, fabulas, iocosq;  
 Urbanosq; sales, facetiasq;  
 Petrei deliciae facetiarum.

AD ANTONIVM MELAM.

Antoni uenerande mi sodalis  
 A Musarum decus atq; Gratiarum  
 Quo cantante stupet lyramq; uictus  
 Ponit cum cithara silente Phœbus.  
 Sic te Piërides meæ tuæq;  
 Reginae aureæ, & aureæ puellæ  
 Blandæ, uirginis Aonoscamœnæ  
 Diuæ Pierides amabilesq;  
 Decerptis Heliconis ex uireto  
 Ornent floribus & tuum sequaci  
 Intexam hederæ caput, suoq;  
 Pascant nectare, lacte, melle, succo,  
 LL.

S Y L V A R V M

Quo uitam superi trahunt perhennem  
Ut conuiua mihi meridiani  
Solis tempore gaudeas uenire.  
Est hospes mihi liberalis, et qui  
Mirum te cupit in modum uideres  
Et notus tibi quemq; amare possis.  
Ne tardes igitur uenire, namq;  
Nulla rei nisi te est opus, tuaq;  
Præsenti faciliq; comutate  
Antoni decus ordinis bonorum.

IN POETAS QUI HESSI COGNO  
men sibi indiderunt.

uis tandem furor ille uos poëtae

Q Quæ uexat rabies, ut undecunq;  
Communis patriæ genus trahatis

Hoc uobis quoq; mutuum uelitis

Quod primo mihi nomen est ab illa.

Nam cum tot modo prodeant ab Hëssis

Clari nominis et boni poëtae

Omnes hoc sibi friuoli poëtae

Raptant surripiuntq; præferuntq;

Quod primo mihi nomen est ab illa

Tanquam non alio nitere possint

Claro nomine friuoli poëtae.

Quare quisquis es Hëssus ex parentum

Natus sanguine, non honore famæ

Quantumuis

LIBER V.

Quantumuis bonus & bonus poeta  
Quantumuis malus & malus poeta  
Cum nequaquam Eobanus esse possis  
Vellem desineres & Hesus esse.

AD PETREIVM IOCVS,

nelyte Dux  $\mu\omega\gamma\omega\pi$  cui nobilis insula parat  
I Felicitatis affluentis insula  
Optime Dux, Regumq; potens, cui Regia  
Et arma, & arua, sceptrum, pleetra & oia debet  
Pœnam cerne tuo sed non irascere Regi  
Hæri nec absq; causa facto inutili  
Quam si forte uoles presens cognoscere dices  
Rex æquiore mente non unquam fuit.

MICHAELI ROTINGO SVO.

Iluxit Rotinge & adest sacrata Michael  
I Tuo Dies cognomini  
Te decet hæc lucē festo celebrare quotannis  
Conuiuiorum munere.  
Sed quia turba sumus non luxuriosa poeta  
Tibi quos habere contigit  
Ter tria si ponas fœcundi pocula Bacchi  
Te digna facta feceris.  
Sic fortunabunt ter tres tua uota puella  
Et tres amabunt Gratia  
Si minus, iratae fugient tua nomina Musæ  
Nec tres amabunt Gratia.

S Y L V A R V M

AD ANTONIVM MELAM PERE

gre reuersum.

audebam quia ueneris benigno

G Nuper sydere, nunc fere dolebam

Quod sic ueneris ut latere uelles

illum quem minime latere posses,

Tanquam non rediisse debeamus

Tecum credere uirgines camoenas

Nuper Slesiacis pie & pudenter

Pastus delicijsq; Gratijsq;

Fotas Sarmaticarum amoenitatum.

Si quicquam tamen est amoenitatum

Inter stercorea Sarmatæ bubulci.

Qui nunc milite turget impotenti

Quem nunc Teutonicæ manent Phalanges,

Enses, fulmina, tela, lora, flammæ.

At tu si quid adhuc memor tuorum

Antoni potes esse, si meremur

Tam chari tibi, tam pie fauentes.

Nigris omnibus, omnibusq; doctis

Quales Slesia plurimos beatis

Aedit syderibus, ueni per ipsum

Et uitæ atq; uiæ ducem rogamus

Christum matris Apollinem puellæ

Natum uirginis, hoc sed impudenter

Quod mandare meum fuit precabar.

Sed ne



L I B E R III

Sed ne dum properas nimis citatis  
Præceptis passibus, excidat Michaël  
Captiuum mihi siste, sicq; forsitan  
Ista suspicione te leuaris.

AD IOANNEM GRONINGVM AL  
gesinum suum.

C ancillis prohibentibus molestum  
Et quantum tamen est satis nouatum  
Admittentibus in cubile solem

Solus, non tamen usq; quaq; solus  
Inclusus sedeo, sed inter ipsos  
Musarum Charitumq; Cypridumq;  
Amplexus & amabiles choreas.  
Risus, oscula, neniis, lepores  
Iam non grandibus improbum Culullis  
Nec Bacchum uice mutua laceffens  
Ipsis sobrior omnibus Catonum  
Turbis, milibus, integerrimorum  
Adsistunt mihi nobiles sodales  
Et muti, & tamen utiles magistri  
Qui totos mihi iam dies & horas  
Verbis dulcibus eximunt leuantq;  
Exhausti bene tædium laboris.  
Hæc inter mihi proxima renidens  
Spirat nobilis hortus è fenestra  
Diuum nectara, perpetesq; dulcis

S Y L V A R V M

Succos Ambrosiæ. Sed ista soli  
Quantumuis bona uera, magna, firma  
Sordent gaudia dulcis Algesine  
Si uos non habeant meæ sodales  
Et Musæ, Charitesq; Cypridesq;  
Quare nunc agite aduolate, postquam  
Ossuentrem, stomachumq; colluistis  
Poturi nihil, at libet, futuri  
Nobiscum hydropotæ, uale Bacchi,  
Turba sobria nos sumus poëta.

CANTICVM VENI SANCTE  
SPIRITVS.

eni maxime spiritus, tuorum  
V Reple corda fidelium, tuiq;  
Accendas in eis amoris ignem.

Qui gentes fidei sub unitatem  
Per discrimina multa linguarum  
Solator paraclete congregasti  
Quem nunc mittere spiritum per orbem  
Digneris pater omnia innouabis  
O qui corda fidelium benigni  
Flatus numine doctiora reddis  
Da nobis, age spiritu ex eodem  
Et rectum sapere, & frequenter eius  
Consolamine uiuere & ualere.

AD MARTINVM HVNVNVM  
iocatur de marsupio sibi coëmpto.

LIBER III

es est quam Cato rideat, nec ipsi  
**R** Tristes aspiciant Timoniani  
 Quam spectans ἀγέλας & Heraclitus

Multum rideat, immemorq; frontis  
 A nullis sibi temperat cachinnis.  
 Hunus marsupium coëmit Hesso  
 Hesso, qui quod habet pecuniarum  
 Si quicquam tamen est pecuniarum  
 Tam nudis & egentibus poëtis  
 In testa nucis, aut toga cumini  
 Quantumuis modico cucullione  
 Totum ferre queat, sed ille tanquam  
 Montes possideat pecuniarum  
 Hunus marsupium coëmit Hesso.  
 Finis.

IOACHIMO CAMERARIO VIRO  
 doctissimo amico summo suo, Eobanus  
 Hessus S. D.

**C**VM totus hic liber charissime Ioachime,  
 paucissimis exceptis tuus sit, & tam titulo q̄  
 argumento tibi debeatur, quid opus erat ut eum ite-  
 rum tibi dedicarem longiore epistola? cum per sin-  
 gula capitum lemmata iam dedicatum & commen-  
 datum satis habeas. Sed video morem etiam hūc uo-

LL +

## EPISTOLA

teribus, uel illis certe qui uere ueteribus proximis  
fuerunt non displicuisse ut epigrammata & syluas  
suas epistolis tamen uel amicis uel posteritati com-  
mendarent. Et quoniam semel constitueram sub sin-  
gularum patrocinijs hos libros emittere hunc tibi  
qui ordine ut uides quintus est, tuendum committe-  
re uolui ea maxime fiducia fretus quod satis intelli-  
gebam nõ sine ingenti pudore eius te patrocinium  
posse deserere, cum & totus ad te & tecum scri-  
ptus, & tantum non domi tuæ natus sit. Cõsiliij mei  
rationem breuiter habes indicatam, superest ut li-  
brum tibi nominatim etiam per epistolam dedicatiõ  
& uelut iterum commendatum eo suscipias

animo, quo ad te, etiam ante quam tibi

inscriberetur, est perscriptus,

quod si facis satis te patro-

cinij & mihi & libro

exhibuisse existi-

mabis Vale.

Norinber

gæ Men

se Mar

tio.

M . D . XXXIII.

# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LIBER

Quintus ad Ioachinum Camerarium



IMIS THEATRIS  
nate frequentibus  
Et inquietis flucti-  
bus urbium  
Non ante Musarū  
recessus  
Respicias, aut sub-  
ijisse queris.

Quam te remissis alea lufibus  
Damnosa liquit, cur tua Gratia  
Sic alligant charis amicis  
Pectora, ut inuideant poëta  
Ut rusticano & prorsus inutuli  
Sic te sequitur sed quia non potes  
Vacare nobis, quod relictum est  
Temporis, hoc sine te exigemus.  
Quando id necesse est, non tamen improbe  
Nec forte frustra, nam mihi cum lucro  
Nunquam recedentes camœnæ  
Tempora non onerosa fallent  
Tu non pudendis lufibus interim  
Curas remittes, uerum alie manent

LL 5

S Y L V A R V M

Curae quibus te sauciatum  
Lege Venus merita domabit.

Heu quanta molli pectore uulnera  
Sensure, quantis ignibus à miser  
Vrere, quis te liberatum  
Expediet grauibus catenis.

Tunc te uocantem numen Apollinis  
Apollo spernet, tunc ego te graui  
Fato laborantem uidebo  
Latus & auxilium negabo.

ADEVNDEM, PETIT EXPLICARI

propositum sibi enigma.

uod nuper mihi dis colore uersu

Q Versu nec numero nec arte eodem  
Versu nec pede compari, nec una

Multarum ratione linguarum

Constanti sibi lubricum torcum

Misisti Ioachime non peregi

Inspectum satis, & tamen peregi

Inspectum minus, & satis peregi

Quanquam friuola quattuor diebus

Me pictura fefellit, & latebat

Sub ueri specie litura fallax

Et deluserit artifex imago

Illunes oculos, & humidarum

Spisso puluere nubium uatantes

Nam

LIBER V.

Nam qua purpura parte prominebat  
 Vix ductu mihi lineæ recuruo  
 Depictæ poterant satis notari  
 Quas furuæ modo sæpiæ colores  
 Ceu caligine miscuere densa  
 Et nunc omnia mutuis ligabant  
 Sese amplexibus in caput recurso  
 Mæandris redeunte flexuosis  
 Heu qualis labyrinthus ille, quantis  
 Nos ambagibus impediuit, ille  
 Structura labor omnibus theatris  
 Sumptuosior implicatioq;  
 Irretitior omnibus molarum  
 Versuris, & cunctium rotarum  
 Se uertente uoluminum meatu  
 Tortuosior, erudite pictor  
 Tam depingere lubricum toreuma  
 Et uersu simul erudite uates  
 Tam describere uerba tortuosa  
 Tam linguas quoq; miscuisse plures  
 Musas mittere discolore uultu.  
 O doctissime mi poëta salue  
 Et nobis precor æquus esse pergas  
 Qui nec talibus utimur figuris  
 Nec tam possumus elegante Musa  
 Nec tam fallere discolore uersu

S Y L V A R V M

Nec rescribere, iam ferente Phoebō  
 Rebus lumina, quale uos soletis  
 Seras scribere carmen ad lucernas  
 Sed quo friuola Musa? quo uagaris?  
 Quo te proijcis istiusmodi res  
 Consectata, & inutilem laborem?  
 Cum te uera domi negociorum  
 Expectet series, & inquietam  
 Haud quaquam esse sinam, tibiq; reddi  
 Lusus Simichidae uelim poëta?  
 Ergo quod superest roga poëtam  
 Admirabilium iocationum,  
 Ad nos ut ueniat domiq; uisat  
 Quos quaesuerit ante tot diebus  
 Necdum inuenerit, esse nunc quietos  
 Et cessare domi, nec euagari  
 Sicut nuper abire consuerint  
 In syluas, & in ebrias tabernas,  
 In pagos, & in abditos recessus  
 Hæc dices mea Musas dein redibis.

AD EVNDEM ROGAT REMITTI

sibi Piscatores Theocriti &c. & simul Me  
 garam eiusdem mittit.

um piscem minus aureum remittas

¶ Quem multi tibi farre condiendum

Meßis misimus Indicæ, sed ipsum

Crudum



LIBER V.

Crudum puluere sordido refertum  
 Insulso male iusculo natantem  
 Nec mandis Ioachime, nec remittis.  
 En pro pisce tibi duas puellas  
 Vno mittimus improbas uoraces,  
 Incultas quoq; & ebrias ueratro  
 Circum littora germinante Letes.  
 Hæ piscem tibi ni caues uorabunt  
 Istum protinus aureum mihiq;  
 Concisum referent, & expuentes  
 Rursum mandere frustra me iubebunt.  
 Et scis aurea non minus ualere  
 Quamuis paruula frustra, quam coacti  
 Massam ponderis auream. Sed huius  
 Non caussa est eadem, quod ipse frustis  
 Vti nescio, ni tuis locentur  
 In formam digitis, & ordinentur  
 Quem sit massa futura per laborem.  
 Te nunc hæ Ioachime mi puellæ  
 Ut se suscipias rogant, & ipsas  
 Tractes molliter, hospitesq; nudas  
 Inuestes & inutiles, ineptas  
 Exornes melioribus corollis  
 Excultasq; pio labore, tandem  
 (Si piscem prius exigas molestum)  
 Dignas hospitio tuo remittas.

**S Y L V A R V M**

**A D E V N D E M**

*in uacis negocijs*

**S** Nec auocaris efficaciori

*Forte contubernio*

*Adesto noster huc adesto queso*

*Dum student latrunculi*

*Modos locumq; preparare nostri*

*Te quibus sefellerint*

*Manentq; uinate parata quouis*

*Dulciora Massico.*

*Quod ipse solus esse si graueris*

*Micalum uocabimus*

*Amabilem uirum, bouemq; Lucam*

*Si libet, sed illius*

*Vt omnis aura copiam negarit*

*Nos tamen manebimus*

*In arce Regiæ beatioris*

*Regis arce Caroli*

*Licet choruscet illa diues auro*

*Nostra litteris nitet*

*Nec has inops camœna mutet illo*

*Huius arte uiuitur*

*Ab illius parata sæpe mors est.*

**A D E V N D E M C V M S Y L V A S E S**

*set æditurus scazon.*

*Tibi*

LIBER V.

ibi placere nostra scripta non miror  
T Quamuis inepta, nec satis elaborata  
Sicut tui testes fuere Scaxontes  
Heri Ioachime quos mihi misisti  
Tibi cum & ipse displicere non possim  
Quamuis ineptus & parum elaboratus  
Vitaq; & eruditione, quæ possint  
Existimationibus tuis de me  
Vlla satis ratione prorsum fecisse.  
Nunc ergo postquam cuncta nostra sic laudas  
Ut pene mireris, quid esse tu credas  
Aut esse quanti rere, si quod est usquam  
Ad te meorum, ad me tuorum scriptorum  
Huc adde quicquid hac in urbe perscriptum  
Nobis utrisq; Sed nec est euulgatum.  
Nunc colligamus atq; tandem euulgemus  
Ne crescat ingens interim domi nobis  
Aceruus ille, & illa turba nugarum  
Non comprehendi possit amplius, nec nos  
Decet silere Seriphias uti ranas  
Et esse mutos, atq; non ineptire  
In his ineptis temporum cataclysmis.  
In hoc parata nostra nunc ergo mens est  
Ut hoc laboris urgeat, hocq; conetur  
Quando parum expedire Simichidas Misas  
Licet, quid ipse sentias uel rescribes

S Y L V A R V M

Vel nos adibis, ut super hoc consultemus.

A D E V N D E M

condum constituo quid esse dicam,

N Aut quid suspicer accidisse causse

Quod nostras minus aduolas in aedes

O non inter aues inauspicatas

Aut inter numerande nidulantes:

In terra, sed ad astra porrigentum

Sedes, & capita arborum colentes.

An postquam tibi coniugis pudicæ

Amplexus redierè dilibati

Nudarum sale, melle gratiarum

Nos contemnis? & incipis tuarum

Obluiscier institutionum

Et morum quibus ante præualebas

Ipsarum Charitum suauitati?

A D E V N D E M H O R T A T V R V T N A

talem Virgilij secum celebret.

ifestos Ioachime feriarum

S Claudendosq; epulis dies paramus

Burchardo madidoq; Chiliano

Quorum numina talibus putamus

Nobis esse propinquiora sacris.

Cur non quæ magis attinebat esse

Nobis numina sacra, qui Latinas

Musarum colimus uacationes

Abiectis.

Abiectis ueneramur ociorum  
 Curis omnibus, & sumus parati  
 Ad conuiuia noctis ociosæ,  
 Quæ cras omnibus bonis reducet  
 Idus Mintiadæ sacras Maroni?  
 Quas olim mihi Sarmatæ solebant  
 Torpentesq; gelu trucesq; uultu  
 Ante ignes celebrare luculentos  
 Instructis gelido foco caminis  
 Per conuiuia lautiora nostris  
 Et per pocula crassiora nostris.  
 Nunc nemo mihi Noricam per urbem  
 Idus concelebret sacras Maroni?  
 Tanto barbarus elegantiori  
 Præstet pectore Norico bubulcus?  
 Sed tu si sapiens, & approbabis  
 Quis nascens Maro consecrauit Idus  
 Idus nos celebrabimus Maronis

AD EVNDEM INVITAT AD  
COENAM.

i non est hodie tibi molestum  
 S Et te gaudia nulla demorantur,  
 His nostris potiora: nec puellas.  
 Inter blandiloquas & elegantes  
 Vsto pectore forsitan sedebis,  
 Ad nos ut Ioachime ne graueris

S Y L V A R V M

Longis passibus, ut soles uenire  
Adsumpto tibi Micalo rogamus  
Cui sarcimna multa nos paramus  
Atq; artolaganos, merasq; quales  
Striblitus dedit ille Martiali  
Qui mensam miser ore concacauit.

AD EVNDEM VT SCRIBAT SATYRAM

Mercuriū citharæ, Neptunum flumina pos-

M Iouem decere fulmina. (sunt

Virginæ Phœbū lauri, sua cornua Bacchū

Virens oliua Palladem.

Te decet in Satyra censorem effingere Momum

Et quos potenter exprimis

Arte stili mores Germano nomine dignos

Et te decente carmine.

Mens præsaga boni nec me Ioachime se fellit

Sic perge fies maximus.

AENIGMATA QVAEDAM IOACHIMO

proposita. PRIMVM

Matris Deorum sanguine

Mater Mineruæ debria

Ex matre crebro fit pater.

SECVDVM

Ardente spuma si linas

Terræ peremptum fomitem

Incendet orbem protinus.

Tertium

L I B E R V

TERTIVM

Pyrrhæ tenacis filij  
Reddunt coacti semina  
Quæ præter ipsos omnia  
Vi prævalenti conterunt.

QVARTVM

Quis esse quæso te potest  
Qui cum pepedit maxime  
Et minxerit largissime  
Matrem leuat rectissime?

QVINTVM

Coelum tulit Tyrinthius  
Agenoris cœli patrem  
Quis hunc & hanc hoc omnia?

SEXTVM

Quædam libidinosa anus & ebria  
Vultuq; deformissimo  
Sapientibus pulcherrima consilia expedit  
Si consulatur dextere.

AD EVNDEM PRO SOLVTIONÈ

præcedentium ænigmatum carmen uarie  
mixtum

olutor eia gloriose ænigmatum

S Maiorq; quouis Oedipo

Et ipsa tortuosa Sphynge doctior

Vtcunq; sese res habet,

MM 2

S Y L V A R V M I J

Siue inepta Quintia  
 Mensis apposuit suis  
 Nos atq; liberaliter  
 Instruxit uitulans mirificis epulis,  
 Siue nos cupedijs  
 Suis ditauit somniorum ciuitas,  
 Dum tu pro talibus offers  
 Nec Quintiana fercula  
 Nec tortuosa ænigmata  
 Sed plenas mensæ liberioris opes.  
 Quas, nisi misissem fatuæ tibi somnia noctis  
 Terogo per Musas an ne daturus eras?  
 Sed me Saturni præsentia nomina magni  
 Luminis exortu prosperiore uident.  
 Quando igitur numeris constant tua carmina miris  
 Si non mirarer θαύμα μέγα πρηνόμω.  
 Sed neq; te dubito campos peragrassse Pelasgum  
 Quasq; tenes lectas inde tulisse rosas  
 Hoc magis admiror nostræ te ænigmata Musæ  
 Ceu nodos facili dissoluisse manu.  
 Scilicet hoc mea monstra uolebant  
 Et intricatæ somniorum fabulæ  
 Et Musæ fatuæ, & prætenues fame  
 Consuetudinis o Ioachime tuæ  
 Cras igitur ueniemus  
 Quando ita tu iubes

Cui



LIBER V

Cui nec debeo nec negare possam  
 Quicquid iusserit. Interim ualeto.  
 Hæc tibi scribebam posita iam lance latronum  
 Nabat adhuc madido pinguis in ore Ceres.

AD EVNDEM, ITEM VARIE MI

xtum carmen quo ipsum ad cœnam inuitat.

eu te Ioachime tenaces

S Exercent curæ, atq; morantur:

Seu te leta remissis

Fortunæ ocia flatibus

Debebis nihilo minus

Huius diei ad uesperam

Te nobis haud quaquam negare

Cœnæ frugalis hospitem

Quam dabimus tibi cum reliquis

Paucis sed electis amicis

Haud quaquam similem tuæ

Quam tu dedisti nuper ebriam

Sumptibus eximijs.

Illa nobis namq; desunt omnia

Dona, quæ conuiuia possunt facere splendida.

Verum animus non deest liberrimus

Liberatissimusq;: quod si copiæ

Desint, ipse sibi satis est

Omnibus atq; bonis.

Quid ergo restat

SYLVARVM

Nisi ut ipse uenias

~~Aderunt alij quoq; quos amas tu maximo~~

~~Sed sine coniugibus.~~

~~Nam mihi cum mulierculis~~

~~Non ita belle conuenit.~~

Quam tecum & similibus tui

Ergo age mi bone Comice,

Mi Lyrice, mi Melice argutissimo

Ad quartam uenias precor:

Coenula namq; diutius

Nostra differri nequit.

Sed ut hoc etiam scias

Coena incempta te manet

At uina non gratis bibes

Nam nos de fundo paupere

Vilia dona damus.

AD EVNDEM OSTENDIT SE NON

posse soluere proposita

enigmata.

unc ergo te rogo per improbissima

N Quæ me enecant enigmata.

Quis est amicus ille de communibus?

Quæ dona misit Lypsia?

Quæ nam uolucris illa Pœonis tibi est?

Quæ dulce Musarum melos

Cantare possit affulgente spe lucris

Quæ

LIBER V

Quæ frons sit isthæc rutea?  
 Quæ nam corona? quis arcus? & quæ linea?  
 Quis est ferox istic Leo?  
 Qui sunt bis octo, quos mihi tu nominas?  
 Quæ canssa uitæ? quæ uigor?  
 Demum quid illa habere ponderis queant  
 Quàm scire totus gestio  
 Nam nulla nunc mihi tu afferre somnia  
 Videre, sed miracula  
 Rerumq; portentosa monstra plurima  
 O Sphynxes o enigmata  
 Adeste Musæ, adesto Apollo Delphice  
 Huc o Sybillæ uirgines  
 Quin huc reditis uniuersa protinus  
 Vatum priorum secula  
 Et expeditis ista quæ nos enecant  
 Plus quàm stupenda enigmata.  
 At tu magis intricate quouis Oedipo  
 Quin ista soluis protinus  
 Quod si moraris ista monstra soluere  
 Di te ligatum deferant  
 Extremam ad usq; littoris rubri plagam  
 Hæc monstra ubi nascuntur tibi.

AD EVNDEM.

i non est hodie tibi molestum  
 S Et forsân uacat, & potes uenire,

MM 4

S Y L V A R V M

Ad nos ut uenias precantur omnes

Pastores Siculi Theocritiq;

Omnis fistula, ὄδι τὸ ποίτ' ἀφῶνοι

Omnes te sine, sed tamen loquentes

Mecum non nihil, at parum expeditum

Vt quondam puerile uagientes

Ad cunas mihi reguli loquuntur

Quos ut tu doceas loqui uenito

Illo tempore quo soles uenire

AD EVNDEM INVITAT AD COENAM

anser pinguior omnibus medullis

A Carne molliora omnibus Cyuris

Esu suauior omnibus capellis

Fotis lacte recentibus capellis

Qui certare cuniculo sequaci

Possit, quem uel Apicius pararit

Cui cedant leporumq; delicati

Ventres, inguina, tybiae natesq;

Et pectuscula gestientes hœdi

Qualem Iuppiter esse possit ipse

Cum Dijs Oceanum sedens ad altum

Qui nec Pelea dedecere possit

Nympha coniuge nuptias parantem

Quas Diuis dedit omnibus uocatis.

Sed ne fabula longa te moretur

Talem noueris anserem parari

LIBER V

In cœnam Ioachime te manentem  
Sed cœnam modicam, sed elegantem.  
Castam, frugiferamq; sobriamq;  
Quæ te non potuit carere cœna  
Quæ nec te sine debuit parari.

AD EVNDEM.

ua te tanta negocia occupatum

Q Tanto tempore distrahunt, morantur.

O nostræ Ioachime pars Thaliæ

Multo maxima? de sinis ne nostras

Qua nuper pietate consuëras

Musas appetere, approbare, amare?

Atqui nunc tibi sedulæ laborant

Nostræ Pierides, novosq; flores

Aeternæ tibi diligunt coronæ.

Tu nos negligis interim fugisq;

Ceu longe tibi distitos, nec audis

Quos inuisere sæpius decebat

O ingrata tuis notande Musis.

AD EVNDEM DE LVDO SCACQ

rum a Vida poëta descripto.

ella per instabilem plus q̄ socialia cãpum

B Quadam tenuis perlegimus.

Bella quidem belle, quisquis fuit ista p̄git

Nec Vida uidit improbe,

Quàm deceant faciles etiam sua prælia Musas

MM 5

S Y L V A R V M

Diuosq; longe principes  
Arcitenens magno quæ cum Ioue tractet Apollo  
Tuq; Argicida Mercuri  
Iamq; nec ingenij, nec in istas temporis artes  
Quondam locati poenitet  
Te quoq;, cui Phœbus cedat sub talibus armis  
Non poenitere suspicor  
Quas tibi nunc tanto soluam pro munere grates  
Ioachime mi charissime  
Sed tamen eximio Bilibaldo plura fatemur  
Debere nos, huiusmodi  
Pro merito, siquidem gratam dedit ille palæstram  
Iam non latrocinantium  
Magnorum superum sed suauiter ista gerentum  
Musis amica prælia.

AD EVNDEM IOCVS.

usas spernere posse non putaram

M Cum sic carmine scriberem iocoso.

Sed sic carmine ludicro iocabar

Tecum mi Ioachime, quem puellas  
Omnes urere, et omnibus sciebam  
Formosis placuisse, sed puellis  
Nil formosius est eritq; Musis  
Quas totis adamare te sciebam  
Captum sensibus, ossibusq; totis,  
Totis ista trabentibus medullis

Flammæ

LIBER V.

Flammæ incendia pulchra non nocentis  
Sed quas tu mihi nunc cacationes  
Mittis, quas tibi fuderint forenses  
Hostes Pieridum? sed huc uenire  
Si credis satis esse polliceri  
Croeso ditior es Midisq; asellis  
O doctissime multa polliceri  
Nil præstare, sed ut uenire possis  
En uersus tibi mittimus uolantes.

AD EVNDEM HORTATUR UT  
promissa præstet.

i nostras tibi reddidit lituras  
S Quisquam, cur dare iussimus, tuorum  
Cur non quod petimus facis? nihilq;  
Respondes Ioachime? cum negoci  
Sit res nullius hæc tibi, que asq;  
Hoc nobis quoq; somniare factum  
Cum si tanta mihi negociorum  
Mandes pondera quanta per labores  
Alcidas quoq; plurimos grauarint  
Haudquaquam dubitem libens uolensq;  
Etsi perficere haud queam, subire.

AD EVNDEM NON AGNOSCERE  
se laudes sibi ab ipso  
tributas.

S Y L V A R V M

ergo reductarum Phoebi Ioachime sororum

**B** iudice te, merito gloria nostra fuit.

Nō agnosco equidē tamē hos reuerēter ho

Amplector toto pectore, sicut habes. (nores

Tu tamen hoc peccas nimia pietate, quod audes

Ponere te nobis inferiore gradu.

Vt tamen hoc nostro tribuam, quia credis, amorē

Nonnihil uberius culta thalia mihi est,

Idq; quod esse parum fateor, prædiuite fluxu

Ingenij superat uena beata tui

Et nisi me fallunt animi præsagia, in isto

Tu quoq; si perges puluere uictor eris.

Nec tibi ductu opus est adeo, ne concipe, nostro:

Quæ iugate cupidum quærere scribis, habes

Nec tibi mons gemina qui uertice sydera pulsat

Nec sacer ignotus fons pede factus equi

Omnia Musarum facili pede regna subisti

O humiles inter non habitare locum.

Desine me uanis obtundere laudibus istis,

Ipse quibus longe dignior unus eras.

Nos tibi, quod reliquū est, socialia plectra feremus

Lusuro resona carmina multa cheli

Quæ tamen, ut scribis, nulli meliora poëtæ

Quam quos blanda Venus iussit amare, canunt.

Quæ tibi sic pulchris res est monstrata figuris

Non possis credi non ut amare mihi.

Qualia



LIBER V.

Qualia dum scribis quereris tibi deesse carmenas  
 Grate parum proprijs o Ioachime bonis  
 Quæ si forte mihi dicam placuisse uidebor  
 Blandior, & nimio forsân amore rapi.  
 Viderit hoc sors ipsa, satis sibi conscia mens est,  
 Quæ nisi iudicio non eget ipsa suo.  
 Blanda uidebatur genialem gratia uersum  
 Pingeres, & in uenis multa calere Venus.  
 Tam bona si dicat tibi carmina mater amorum  
 Quod facit, Euterpe est ista colenda tibi  
 Quam tibi sic facilem possis ut semper habere  
 Semper habe quod sic semper amare queas.

AD EVNDEM QVOD OPTIMA

scribant carmina qui amant.  
 iue est uera tuæ ratio seu falsa querelæ  
**S** Tempore quo uenit littera, lecta mihi est.  
 Et placet, & uellem uere Ioachime doleres  
 Est etiam quate parte dolere uelim.  
**A**rtibus experto si quicquam credis in istis  
 Ingenij stimulos ista uenena mouent  
 Siue ita naturæ ui liberioris agamur  
 Siue aliqua fatum nos ratione trahit.  
**P**ierias uere quicunq; urgemur ad undas  
 Ignibus Idalijs obuia turba sumus.  
**D**um uelut in proprios abiit mens nostra recessus  
 Se uidet, atq; ortus semina prima sui

S Y L V A R V M

Inde amor, inde fluunt cœlesti carmina succo  
 Viuida, & ambrosias gratia picta genas.  
 Et nisi diuinum censes errasse Platona  
 Agnatos cœlo nos docet esse Venus.  
 Quid mirere igitur si uere, ut nuper, amanti  
 Pierides uena diuitiore fluant?  
 Hæc mihi te ratio uere deprehendit amantem  
 Quod Venerem melius, quàm tetrica ista canis.  
 Sed perge & quâcunq; ardes foeliciter arde  
 Hæc erat ingenio digna palæstra tuo.  
 Carmina tum uenient, nec amanti carmina deerunt  
 Carmina quæ stupidis nulla uenire solent  
 Quàm Venus ardentem exerceat ipsa camœnas  
 Crede mihi exiguo tempore doctus eris.

AD EVNDEM PROMITTIT

Genethliacon.

Tempore quo tepidi uernantia lumina solis  
 T Florida mille no prata colore nouant.  
 Exieram petijq; uirentis proxima syluæ  
 Antra, Heliconiadum ceu bibiturus aquas.  
 Iam nemus intraram densum florentibus umbris  
 Roris adhuc prægnans foetibus herba fuit.  
 Vallis erat uiridi nemorum secreta recessu  
 Plurimus herbosam fons rigat intus humum  
 Hic ego per uirides socijs errantibus herbas  
 Gramineo posui corpora fessa thoro  
 Venie

LIBER V.

Venit & Aonidum prope constitit una, Dea q̄;  
 Vestibus inscriptum nomen amoris erat.  
 Et nisi uirgo foret, potuit Venus illa uideri  
 Hanc ego dum stupido pectore miror, ait  
 Quos nuper thalamos quæ sacra Hymenæa canea  
 Nūc tibi sunt iterū uoce canenda noua. (ba)  
 Nunc cane qua sponsum cecinisti, uoce parentem  
 Quæ tunc nupta fuit, nunc tibi mater erit.  
 Et nunc ille tui cupidus te quærit, & uni  
 Quæ noua concepit gaudia ferre cupit.  
 Tu nemora & saltus præruptaq; saxa per agras  
 Ille tuas frustra pulsat aditq; fores.  
 Dixit, & in tenues fugiens euauit auras  
 Me subito celeres inde tulere pedes  
 Et tibi nunc reduces tibi nunc Ioachime uacamus  
 Dum loca sylvarum sunt peragrata satis.  
 Nunc tibi seruata donatam coniuge prolem  
 Gratulor, hoc dextris yderis omen habes  
 Crescat, & instantes foeliciter impleat annos  
 Cuius honore tua est pignoris aucta domus.

AD EVNDEM VT CARMINA E.

Theocrito uersa remittat.

Carmina Simichidæ per nos descripta poetæ  
 Num data sunt manibus mi Ioachime tuis?  
 Quæ tibi si data sunt & lecta rogantia uer  
 Quid crucias læta pectora nostra moras? (ba)

S Y L V A R V M

Non magis expectat stimulantibus anxia curis

Si qua sit absentem quæsta puella uirum.

Non magis expectat morbis populantibus artus

Si quis Apollineam postulet æger opem

Quàm tua nos animi cupimus rescripta, timete

Ne sua pro nullo pondere uerba cadant

Neue igitur credas nos ludere talia, neue

Scribere de uulgo quemlibet ista tibi.

Ecce coronatis etiam metuenda Tyrannis

Subijcimus manibus Regia sceptrata tuis.

Atq; ut rescribas per Musica sacra rogamus

Auspiciis Musis cognita sacra tibi.

Iura fidemq; igitur nisi deseris ista sacrorum

Scribere si forsitan non libet, ipse ueni.

AD EVNDEM DE PSALMO E DAVI  
de uerso.

uos mihi Iesseo factos de carmine uersus

Q Misisti, dignos dicimus esse legi.

Atq; utinam tam te pudeat Ioachime latere

Quàm scriptis orbi pœnitet esse palam.

Non ego te multis dubitem præferre poëtis

Quos inter primos secula nostra locant.

Crede mihi, ex animo uera hec non falsa loquentis

Laudari scripto carmine dignus eras.

Vtilis ambitio est fructus et multa ferentum

Commoda, inutiliter gloria uera latet.

Quare

L I B E R V.

Quare age quæ nostris tribuis Ioachime carmenis  
Sume animum ut possis adseruisse tuis.

AD EVNDEM VT DATA CARMINA  
reddat.

i mea non tineas, chartarum dāna, meretur

S Quæ tibi cōmonstrant carmina trade uiro.  
Neue moræ ratio tibi longior ulla trahatur

Hoc hodie pactum te soluisse uelim

Quod nisi præstiteris sua tempora littera perdet

Et poterit credi falsa fuisse fides,

Non tamen ut mittas, sed ut ipse ea carmina reddas

Te rogo, siq; sinas ipse iuberes uolo.

Maior enim nostris accedet gratia Musis

Duxeris iniecta quas Ioachime manus

AD EVNDEM IOCVS.

udere nobilium doctissime bella latronum

L Nunquid ab ingenio deficis ipse tuo

Nāq; qd usq; adeo rarus mea regna salutas

Ragua suos etiam nuper adeptus Mydas

An quia duxisti talem Ioachime puellam

Quali tu tantum coniuge dignus eras?

Clause domi nunquid iuuenili in amore senescis?

Me iuuenem reddit quando senilis amor?

Viue uale, nam quæ nunc scribere plura uolebam

Non subeunt, nec me Pieris ulla iuuat.

AD EVNDEM.

NN

S Y L V A R V M

quod mihi pmittis sub prædia carmē ἄδ' ἠ λ ὄ ν ο

**Q** Mittere sub coenam mi Ioachime uelis.

Et nisi te cupidum teneat bellissima coniunx

Accena saturis uentre gulaq; ueni.

Hoc rogat ille tibi cognominis improbus infans

Qui, nisi tu uenias, uagiet immodice.

Sic tibi salua domus maneat pulcherrima coniunx

Quæ prope te solo coniuge digna fuit.

AD EVNDEM VT LAETETVR SCRIPTO

Epithalamio.

unde merū, Geniūq; uoca, Venerēq; maritā

**F** Concelebra, nardo tingere, sparge rosas

Abijce qcqd habes quod mordeat, indue q; c

Læticie moueat gaudia plena nouæ (quid

Cur ita? nam te ipsum tibi mittimus ecce renatum

Nunquid erat nasci te uetuisse mori?

AD EVNDEM RESPONDET QUID

sentiatis de erudito quopiam hospite.

arminis Aufidij nimium studiose, requiris

**C** Quis mihi sit uisus quē tecū uidimus hospes,

Dignus amicitia nostra ne sit, accipe paucis

Quæ multis à me uerbis Ioachime petisti.

Quòd libros Latijs nactum mihi scribis in oris

Tam raros, tam non aliqua quantumlibet auri

Merce rependendos magna, decus illud honesto

Accedit titulo, uelut à uirtute trophæum

Quod

LIBER V.

Quod petitur: quid. n. credas hoc munere dignos  
 Qui retrahant studijsq; negent sua cōmoda rectis  
 Hospitis inde tui mores, quantum unica nobis  
 Cœna probare potest, ita sunt mihi ad omnia uis  
 Exacti momentas boni, faciles, & honesti  
 Candorem præ se multum sine labe ferentes.  
 Lingua diserta satis, multa experientia rerum  
 Ingenij splendor, studiorum multa supellex.  
 Et quid plura loquar? nec enim describere laudes  
 Illius institui, nec tu Ioachime uolebas  
 Digni laude satis. Sed enim nec laudis auarum  
 Esse bonum decuit, nec plus quàm profit egentem.  
 Est aliquid transisse Alpes, ut scribis, & hæc sunt  
 Quæ uere iactas temulentæ insomnia Musæ.  
 Nam si non animum mutant qui trans mare currunt  
 Ut tuus ille canit, non plus tibi cognitus Alpibus  
 Contulerit, quàm uisa Tagi prædiuitis unda  
 Nuper, & Herculeo summato gurgite Gades.  
 Et mihi Sarmaticæ Borealia regna paludes  
 Piscibus & plenas per sæpe natasse lacunas.  
 Tu quoq; uidisti subiectos Parrhasis ursæ  
 Et late populos, ad Baltica stagna colentes.  
 Quos tamē inde boni flores quæ commoda fructus  
 Extulimus? me mille modis uidisse iacentes  
 Poenitet Arctoo sub sydere Sauromatarum  
 Hydropotas populos & terras fruge carentes.

S Y L V A R V M

Crede mihi multis nocuit uidisse remotas  
 Orbe alio gentes: si paucis profuit autem  
 Ergo ne cuncta tibi subeunda pericula censes?  
 Et mala tot subeunda mari terraq; ferenda?  
 Fœlicem quem parua domi res tuta, & honesto  
 Nomine parta manet: quòd si illum diuitis auget  
 Ingenij decus, & uirtus, & gloria famæ  
 Quis hūc Semideis, quibus hūc nō regibus æques?  
 Omnia quæ tibi cum data sint Ioachime Deorum  
 Munere, cur alio gentes sub sole repostas  
 Cur aliena uoles inuisere regna? quid autem  
 Tam fragilis millena subire pericula uitæ  
 Casibus expositæ uarijs? cum te tua uirtus  
 Parta labore tuo notū satis atq; beatum  
 Contentum paruo faciat, magna ista potentis  
 Fortunæ deridentem ludibria, quanquam  
 Quanquam ò, sed paucis contingit adire Corinthū  
 Idem ait ille tuus, cuius quia uerba stilum q;  
 Consectaris, in hoc quoq; consentire necesse est  
 Consilium, quo suadet ut oia tuta capeffas  
 Non adeas grauibus commercia plena periclis  
 Nam si uis, inquit, bene uiuere, quod petis hic est.

AD EVNDEM.

ic tibi sint faciles, ut sunt, in carmina Musæ  
 S Sic cytharæ nervis cedat Apollo tuo  
 Sic habeāt, ut habent, Charites tua pectora nudæ  
 Sic tibi



LIBER V

Sic tibi perpetuo constet amica Venus  
 Sic tibi quicquid habet locuples fortuna bonorum  
 Tandem non uaria conferat omne manu  
 Si Ioachime meas non ire graueris ad aedes  
 Hoc tibi ut arripias quando uacabit iter.  
 Nec proprijs studijs mea te curare relictis  
 Sed peto quod uacui temporis esse potest.  
 Nec tam saepe domi te conuenisse decebat,  
 Curarum praestat iam satis illa tibi.  
 Et cupio & nequeo te conuenisse frequenter  
 Hic animus cura fluctuat ancipiti.

AD EVNDEM.

ostq̄ iterũ reduces Pegnesida uenimus urbẽ  
 P Tertia coeli uagus lumina Phoebus agit.  
 Nec Ioachime uenis solito nec more salutẽ  
 Regia dicturus limina nostra subis.  
 Ipse tuã patriã uidi moresq; uirosq;  
 Queis non exiguo cultus honore fui.  
 Et potes hæc absens iam tot nescire diebus  
 Quæ sinui cupimus deposuisse tuo.  
 Et mihi uis a uia est hæc certe longior illa  
 Qua stadia Hysspanæ mensus es ipse plage.  
 Officium ergo tui nisi deseris omne poëtæ  
 Si potes huc hodie mi Ioachime ueni  
 Et simul Aetnigenæ peruersa poemata uatis  
 Hac redeant cultu sed meliore, uale.

NN 3

S Y L V A R V M

AD EVNDEM.

*is color errantis si te iuuat area pugnae*  
**D** Et posito praefers lignea regna mero  
Chare salutatum nostros Ioachime penates  
Post tibi quam fuerint prandia sumpta ueni  
**N**amq; aderunt quos tu non dedigneris amicos  
Si, quod habes, quicquam pectoris huius habes.

AD EVNDEM.

*uid prodest uenisse eadem sub moenia, si te*  
**Q** Non datur optata conditione frui?  
Sic sitit & medias, quos quis fuit ille, per undas  
Esurit, & frustra quas tenet ambit opes.  
**N**on habiture igitur faciles Ioachime puellas  
Perge tibi natas spernere Pieridas.

AD EVNDEM.

*am non aucupio sequor auia stultus inani*  
**I** Ruraq; brumali semiperusta gelu  
Nam quia te toties frustra uenisse dolebam  
Iam totis statuo solibus esse domi.

AD EVNDEM.

*uper ut abstulerat tibi me punita uoluptas*  
**N** Languentem fuerat deseruisse pudor  
Nunc cum reddiderit tibi me reparata uoluntas  
Sit rogo sanatum deseruisse pudor. (ptas)  
**SEBALDO HEIDO SVO LVDIMAGIS.**  
Sebaldino Norinberge.

Non

L I B E R V.

on quia cessarint iam dudum in mutua Musa  
**N** Carmina siue meae siue Sebalde tuae  
Mutatam uereare fidem, nec credere debes  
Tempus amicitiae dissoluisse uices.  
Sed tua quod uerita est uiolati crimen amoris  
Mansit in officio Musa benigna suo  
Quae sic blanda fuit sic ornatissima uenit  
Ut stupidum forma fecerit esse sua.  
Adfere tam faciles Dijs chare Sebalde camoenas  
Quas grauis est pulsas restituisse labor.  
Nec dubita quin nostra fides tibi constet amorq;  
Dum sibi constabit Noridos urbis honor.

AD IOACHIMVM CAMERARIVM

ualia nec Latias pudeat describere Musas  
**Q** Si legat abiecta flauus Apollo lyra  
Ad quorum saliant alacres modulamina nym  
Et succensa nouo pruriat igne Venus (phae  
Qualia lasciuum poterant decuisse tonantem  
Dum sedet et placito de Ganimede bibit  
Qualia Teutonicis nuper non aequa poetis  
Gratia ametsiunctis blanda cupidinibus  
Talia cum facias, cum talia carmina scribas  
Dic mihi per Musas cur Ioachime premis?

AD EVNDEM IOCVS.

ite Musarum comes unice nostra momordit  
**S** Littera, quod ludos obijcere ausa tibi est

NN \*

S Y L V A R V M

Non alia credas factum ratione uelimus  
Quam quia nil aliud quod loqueretur erat  
Et tam non acidis salibus perstringere amicos  
Auriculasq; iocis uellere sæpe iuuant  
Nunc tamē hoc gratū est q; magni carmē Homeri  
Institutis uiua tradere uoce tuis  
Sed quia tu scribis non faustum est μῆνιν ἀείδειν  
Non adero μῆνιν ne tibi commoueam.  
Cur etenim ueniā cum pergās μῆνιν ἀείδειν;  
Ni dicas fictam μῆνιν ἀείδειν θεῶν.

A D E V N D E M

Obuius a coena Plutarchus uenit eunti  
A Plini tenebris ad Ciceronis opes  
Dum cupio iniecta properantem uoce morari  
Inceptum fallax alea rupit opus.  
I nunc nostra tuis ἀνίγματα confer ὀμήροισι  
Qui tamen hoc casu ne moriantur ades.

A D L V C A M M Y S N E R V M D E I P  
sius nomine Iocus.

adalon aëreas sumpsisse et Pegason alas  
D Vix habet exiguam fabula nota fidem  
At bouis effigiem qui Lucæ fecit et alas  
Credimus audaces non habuisse manus?  
Insolitas tantum uolucres finxere poetæ  
Ex homine ille bouem de boue fecit auem,  
Quo quia tu gaudes Diuo cognomine Lucæ

Sume

LIBER V

Sume tuo capiti cornua taurus eris.

AD EVNDEM

esta sui celebrans cognominis ocia Lucas  
F. De lacubus captam putribus emit avem  
Scilicet hoc uolucrum ueneratus nomine Lucam  
Oblitus credo quem colit esse bouem.

DE EODEM.

Rectius altiuagum celebrasses corpore Lucam  
Non auis exigua, sed bouis eximij.

AD EVNDEM IOCVS.

ua fuerant nobis asinine credita pelli  
Q. An tibi sunt Luca credita scripta parum  
Siue quod est asini  $\epsilon\alpha\sigma\lambda\epsilon\upsilon\varsigma\ \omicron\nu\omicron\varsigma$  ore lo-  
Ista parū possunt scripta placere tibi (quutus  
Commoda seu quoniam non legeris ocia nactus  
Seu quia dissimulas lecta fuisse tibi  
Quicquid id est uel adhuc asininas inspicere chartas  
Quodq; iubent illae perfice, sanus eris.

AD GREGORIVM HOLOANDRVM

uris Holoander nouus instaurator adempti  
I. Cuius in hac reuocas tempora nostra decus  
Sitamē hesternae & des inter pocula coena  
Pollicitus, memorem non pudet esse ueni.  
Non quia sis fulgentem opibus uisurus amicum  
Sed potius Musae pauperis inferias.

AD OTHONEM CORBERVM SVVM.

NN 5

S Y L V A R V M

ū tot abortiuus celebrent te uersibus Heßi

**C** Non uideo cur non maximus esse queas

Qui licet exiguo sis corpere, fama Gigātē

Te facit, Hessorum quam tibi Musa dedit.

**A**lter carminibus, Rythmis te concinit alter

O celebrem multa te ratione uirum

Debes ergo tuis, si te non poenitet, Heßis

Corporis & fame nomina magna tuae.

Sed tamen ex illis qui Regia sceptrā gubernat

In te plus meriti plus quoq; iuris habet.

Quare age mandanti pare Corbere tyranno

Pransus amica tui limina Regis adi.

Ecce nitent uerni purissima lumina solis

Et clarum rutilans explicat aura diem.

Rura per & riuos leti spaciabimur amnes

Tu comites nobis quos potes ante para.

Sed comites non praefractos nec fronte seueros

Sed faciles apta dexteritate uiros.

Qua uergunt prono Pegnesia flumina lapsu

Ibimus, ipse locum conijce, deinde uale.

**IACOBO SCHONSTETERO DISCIP. SVO**

uod petis, auxilio iam te nullius egere

**Q** Testantur uersus quos Iacobe facis

Talia nāq; tibi cū dictent carmina Musae

Qualia Pieria cantet Apollo cheli

Quid petis auxilium scribenda in carmina nostrūē

Hoc quoq; inducendum si quod habemus, habes.

LIBER V

Tu modo Pieridum sic ludere perge sub umbris  
 Dum tener ætatis flos uiret iste tuæ  
 Venturamq; tuo captiuiam nocte coronam  
 Quam nequeant longi comminuisse dies.  
 Hæc tibi maturo semper florebit honore,  
 Tunc etiam cum te cana senectia premet.  
 Tempore non ullo nam uiuida Musa senescit  
 Imberbem Phœbum sicut & esse uides.  
 Vis igitur, uis uitæ omnes florere per annos  
 Ipse tuæ Musas tempore ueris ama.  
 Sed facis, & non es nobis hac parte monendus,  
 Iam satis appositum mens tua calcar habet  
 Perge modo & nostro contemptas tempore Musas  
 Nullius impulsu deseruisse uoles  
 Tempus erit quo te possis gaudere sequutum  
 Consilia hæc Hæsi qualiacunq; tui  
 Isto te interea figentem in puluere gressus  
 Si libet, ad Musas dux eris ipse tibi  
 Ecce uides per nos monstrata cacumina montis  
 Quem petis, hoc tantum nunc tibi restat iter.  
 Immodo nec dubita magnos superare labores  
 Non eris Aoniæ gloria parua chori.  
 SEBALDO HEIDO SVO.  
 xieram gelidas apricaturus ad undas  
 E Pura uelut uerni lumina solis erant  
 Deflua adhuc hæsit nix in Pegneside ripa  
 Rara hyemis facies ceu fugientis erat

## SYLVARVM

Leta renascenti meditabar carmina Phœbo  
Nostra hoc si nescis, pectora numen agit.  
Qui tamen Hesperias ubi se incliuauit ad undas  
Inuito redij sub mea tecta gradu  
Iamq; reuersus eram, ium limina nota tenebam  
Inuenio digitis uerba notata tuis.  
Expedit chartamq; auido dum lumine lustro  
Inscriptum folijs nobile carmen erat.  
Hoc erat aprici gauisum ad lumina solis  
Hoc erat æthereo pectus amore rapi.  
Scilicet idem animum rapuit deus obtulit idem  
Que legerem tereti carmina facta pede.  
Gratulor applaudoq; tuæ Seobalde camœnæ  
Lumine te dextro Christus Apollo uidet.

## AD LVCAM MYSNERVM SVVM

i quid amicitiae nostræ comes unice Luca  
S In te nos iuris si quid habere putas  
Sed quod amicitiae non ledat iuris honorem  
Polliciti memorem te decet esse tui.  
Non quia promissi possis hac lege teneri  
Quam transisse tibi debeat esse nefas.  
Sed quia nunc discas sub Regibus esse tyrannis  
Ledere quos eadem sit ratio & facere  
Hoc simul imperij nostri pro iure iubemus  
Vesperere ut hoc hodie nos adijisse uelis.  
Aurea uisurus condentem lumina solem  
Illum uidisti quem stupefactus heri Helij



# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LIBER

Sextus Bilibaldo Pircaymero.

V. C. Norico.



TSI NOSTRA BONIS  
nō sunt satis æqua camœnis  
Tempora, & ingenijs  
nullus habetur honos  
Quando tot obscurant do  
ctos mala nomina, sed quæ  
Nomina posteritas nul  
la probare queat.

Qui sibi splendorem Musis peperere fugatis  
Per scelus inuento quod modo nomen habent  
Si tamen existat studiorum uerus amicus  
Hunc tu sni lateat, posse manere putes?  
Heu male compositos per inertia tempora mores  
Ergo ne stulticiæ non modus huius erit?  
Sed tamen hæc inter fatui studia improba uulgi  
Non patitur laudes fama perire tuas  
Nec minus hoc tristi tua gloria tempore floret  
Quàm si sint studijs præmia iusta bonis  
Quod tibi de studijs nomen Bilibalde paratum est  
Inuidia saluum iudice nomen habes.  
Et cum multa orbi dederis documenta tuarum  
Virtutum, linguæ, pectoris, ingenij

S Y L V A R V M

Cūq; tot a populo passim tua scripta legantur  
 Et uacet in laudes utraq; lingua tuas,  
 Non leuis illa meam subit admiratio mentem  
 Cur mihi sis totus cognitus ante parum.  
 Nouimus eloquij præstantem laude pedestris  
 Et lingua quiduis Attide posse loqui.  
 Nouimus ingenio callere mathemata miro  
 Et quicquid Sophiæ totius orbis habet  
 Expedisse sacri scrupulosa uolumina iuris  
 Vtilibus nulli cedere consilijs.  
 Hactenus hæc orbi de te sunt cognita, nobis  
 Pars ignota tui maxima pene fuit.  
 Quod bona tam facili deducis carmina uena,  
 Ista me poteras parte latere tui?  
 Vidimus, ut ratio constet tibi carminis huius  
 Quales Durero solueris inferias  
 Funebres uidi, dij qualia carmina Musas  
 Impia Durero fata fuisse quer  
 Quæ quia tam faciles tibi sunt in carminas quid ni  
 Laudibus accedet splendor & iste tuis?  
 Quid tua ceu lucem fugiat tam sola uagatur  
 Pieris, in scena digna patente legi  
 Musa coronatis spectari digna theatris  
 Non ita diffidens debuit esse sibi  
 Et nisi, quod nolim, populo sese inuidet ipsam  
 Ingrata est nimium dotibus ipsa suis  
 Adserè

LIBER VI

Adfere nunc ergo residem uir docte camœnam  
 Adfere & in populo fac tua scripta legi  
 Multa quidem populo passim tua scripta leguntur  
 Carmina de multis pauca fuisse uoles.  
 Quare age quæ nostro funebria ludis Apelli  
 Da rogo cum nostris carmina posse legi  
 Nos iterum dabimus quæ scripsimus ante legenda  
 Pluraq; iudicio sed statuenda tuo  
 Te duce nostra suos acquirent scripta fauores  
 Nec te nostrorum forte pudere potest  
 Accedent aliorum etiam, sed qualia possis  
 Ferre nouos tumulos inter & ante legi.  
 Viue decus patriæq; tuæ præsentis & æui  
 Dotibus ingenij uix habiture parem.

AD EVNDEM, DE STUDIORVM  
 contemptu.

nelyte Germanum fama Bilibalde per orbem  
 I Note per Hesperiaë littus utrûq; plagæ  
 Sæpe tuas tacito mirantem pectore dotes  
 Iussit inarguta scribere Musa cheli  
 Ante tuos uolui uultus & docta uidere  
 Pectora, quàm rudibus sollicitare modis  
 Contigit, & uoto fauit fortuna, deditq;  
 Nuper amicitiaë proxima iura tuæ  
 Docte uir & studijs & honoribus aucte probatis  
 Forte uoles causam noscere, certa subest.

S Y L V A R V M

Ipse uides isto quàm nulla tempore Musæ  
 Iamq; ut sint aliqua quàm sine laude canant  
 Quin potius quàm futilibus plena omnia nugis  
 Quàm sine rixosis omnia plena libris  
 Fata senescentis quæ nam sine pessima secli  
 Quæ numeris constet littera nulla placet  
 Nec tantum numeri fuit hoc fortasse ferendum  
 Gloria linguarum quæ stetit ante iacet  
 Non tamen hic locus est, non isti caussa querelæ  
 Quod loquerer tecum uir memorande fuit  
 Tam mala dum uideo, tãq; improba tēpora Musis  
 Ad Musas timido discimus ire pede  
 Atq; hæc sera meæ quod uenit littera dextræ  
 Dum pudet, & timeo scribere caussa fuit  
 Non quia te Musis dubitem uehementer amicum  
 Quem proprio fouit Musa benigna sinu  
 Sed quia me studij iam dudum nausea talis  
 Cepit, & elinguem garrula turba facit.  
 Nempe uides postquam tam praua licentia facta est  
 Omnibus ædendi barbara scripta plagis  
 Egregia interea longo monumenta ueterno  
 Passa graues tineas & sine luce iacent  
 Omnia Teutonicis implentur scrinia chartis  
 Doctus in his uulgo quilibet esse potest.  
 Non ego dedignor patrij sermonis honorem  
 Præferri ueris commoda falsa queror.

Nam

L I B E R V I

Nam quis non uideat peritura hæc cuncta sine illis ?

Inualida hæc tempus dissipat, illa manent.

Nos tamen hanc facimus iacturam temporis huius

Queis, nisi apud Musas uiuere poena fuit.

Hæc tamen in paucis, qualem te nostra tulerunt

Secula, solamur uulnera nostra, bonis.

Ista nec usq; adeo grassata est improba pestis

Vt ne parua quidem spes superesse queat

Quæ tamen hoc maior meliorq; affulsit, ut isthæc

Talem te nobis nuper in Vrbe dedit

Cuius ut ante decus mirati nobile famæ

Nunc etiam experti pectora docta sumus.

Hoc quoq; plus nobis quàm possis credere gratū est

Hospuij defers quod mihi iura tui.

Si tamen officio nostras dignere camœnas

Vt uideas, magni hoc muneris instar erit.

Et tantum uideas, nec enim te plura rogatum

Quiq; nec audacem me sinit esse pudor.

Namq; ego tam uecors quàm sim sine fronte molestus

Si turbem studijs ocia nata tuis.

Et quæ tu curis longe melioribus offers

Non decuit nostra tempora sordeteri.

Hoc quoq; uix aliquo deductum tempore carmen

Anxius an posset displicuisse fui.

Quod si responso tu nos ueneraberis ullo

Musica adhuc aliquas Phocis habebit aquas.

S Y L V A R V M

HIERONYMO BAVMGARTNERO

V. C. Norico.

am Sol Hyberni fugiens Chironis ab arcu

I Capripedem reduci lumine Pana uidet.

At memini cū nos Pegnesida uexit in urbē

Vndiuagi tenuit cornuatorua bouis.

Interea toties latuit totiesq; renata est

Iam nouam reficit menstrua Luna rotam

Et nulli melius numerarunt tempora amantes

Quam nos Hercinia donec in urbe sumus.

Longa mora est, & degeneres mihi tēpus in horas

Crescit, & utilium copia nulla datur.

Obtulit arridens unum fortuna sodalem

Arte parem studijs ingenioq; meis

Is fuit Aonidum comes unicus inter amores

Qui procul à nobis nunc Ioachimus abest.

Siue elegos nobis seu grandia plectra moueret

Seu caneret lyrico garrula Musa pede.

Ille meos cupido miratus pectore uersus

Reddebat numeris consona plectra meis

Cumq; inhonorata iaceant hoc tempore Musae

Illarum indoluit pectore & ore uicem

Nunc illum Hesperios fines & Ibera petentem

Littora tu reducem sistere Christe uelis.

Tu quoq; qui cultis patrium cognomen ab hortis

Ducis, & ingenio clarius esse facis.

Tu

LIBER VI.

Tu quoq; contigeras nostris Hieronymus Musis  
Non secus ac fessæ portus & aura rati  
Sed rapiunt patriæ præclara negocia, nec te  
Natum dura tuis esse tibiq; sinunt.  
Causa quidē iusta est longe & pulcherrimas si quæ  
Ponderis altiloqui uerba Platonis habent  
Qui tamen in partes uitam quia distrahit æquas  
Nulla trium numero prætereunda fuit.  
Quamuis ipse quidem, quantū licet, omnibus æqua  
Insumpsisse operam conditione soles.  
Sicut ut hanc nuper fatis ducentibus urbem  
Venimus, experti non sine teste sumus.  
Sicut & ingenuo tua Musa pudore fatetur  
Contrahit in celeres dum sua uerba modos  
Sed tamen ingenio florenti, & rebus agendis  
Enato ueniam nos tribuisse decet.  
Et tibi non aliud præclarius esse fatemur  
Quam patriæ utiliter consuluisse tuæ.  
Sed tamen & quosdam rebus patriaq; potitos  
Non semper curis inuigilasse ferunt.  
Tempestiua graues leuat intermissio curas  
Liberatq; utilibus gratia mista iocis.  
Sicut multa grauant sic ocia pauca leuabunt  
Præcipue letos Musa iocosa facit.  
Ergo age si nondum toto de pectore cessit  
Qui tibi Musarum nuper inhaesit amor.

## S Y L V A R V M

Cur tam pauca tuæ ueniunt mihi scripta camœnæ  
Cur minus es nobis, quàm decet esse, frequens.  
Quin potius celeres: tua carmina nuper: lambos  
Sæpe animi testes iusseris esse tui.  
Turpe quidem non est præclarum munus agenti  
Dum uacet à magnis ista minima sequi.  
Reddideris nostras alacres quoq; ad omnia Musas  
Si uideam spretas non habuisse uices.  
Quòd si, sicut habent nullas hoc tēpore laudes  
Tu quoq; contemptis deseruisse uoles  
Quæ prius undanti manabat copia fluxu  
Stabit, & in medijs arida fiet aquis.

SEBASTIANO A ROTENHAN  
EQVITI.

Alteram iam grato mihi uenit epistola uultu  
Alteram dextræ sunt data scripta tuæ  
Nostra tamē meritā nō reddidit ulla salutē  
Musas nouo prorsus crimine facta nocens.  
Per sacras ignosce uir o clarissime Musas,  
Auspicio nobis quas meliore colis.  
Nam neq; quo purget manifeste crimina culpæ  
Muta prius facta est garrula Musa mihi.  
Sed magis ut ueniam commissum fassa reatum  
Impetret, & præsens, quod petit, ipsa ferat.  
Non ego non uolui rescribere sæpe, sed ipsum  
Quod uolui ratio quæ prohiberet erat.

Quæ



LIBER VI.

Quæ tamen, ut fatear, non est ita magna, sed huius

Hoc animi uicium non habuisse uelim.

Quod quia consilio procrastinat omnia lento

Tardior hoc uenit littera nostra tibi

Adde quod exulibus tam sunt hæc tempora Musis

Improba, ut ipsarum te puduisse queat

Non tamen hæc nostræ ratio est satis apta querelæ

Ad te qui Musas ut tua sacra colis

Cuius ab ingenio ceu Musica flumina manant

Blandaq; Phœbeas gratia spirat opes.

Qui sacra Musarum claris natalibus addis

Tamq; his quàm patria nobilitate nites.

Hoc gentilijs noua condere nomina fastis,

Hoc specimen ueræ nobilitatis erat.

Maeste animo patriam laudem Rubigalle per istos

His auctam titulos moribus esse facis

Vtq; nec admirer quæ sunt communiæ tecum

Pluribus, et magni nominis instar habent.

Scilicet est aliquid gentes uidisse repostas

Orbe alios, nec te consenuisse domi

Gloria sic facta est patientis maior Vlyssi

Quàm tua uel Phineu uel tua stulte Mida.

Si c totum Alcide uirtus est nota per orbem,

Primaq; ceruleas turba profecta uias.

Plurima multiplicis callere idiomata linguæ

Hoc est ingenio non statuisse modum.

S Y L V A R V M

Et quæ præterea mirantur inertia vulgi  
Pectora, quæ dici magnaq; esse solent  
Si minus hæc in te, quando adsunt omnia miror  
Quæ magis admirer sunt tibi, caussa fuit.  
Fœlix ingenium nec pressum pondere rerum  
Quo tua uita istas non caret inter opes.  
Quæq; tibi floret facundæ gratia linguæ  
Vita tenax fidei, mens pietatis amans  
Tandida simplicitas & liber in omnia candor  
Quæq; tot ex multis dicere longa mora est.  
His ego te instructum tot dotibus, esse beatum  
Si mihi sit uisum dicere, uerus eram.  
Sed quia non adeo contentus es omnibus istis  
Ni Musis etiam præmia iusta feras.  
Qui te non merito talem ueneretur honore  
Hunc ego de Musis nil habuisse putem.  
Hunc ego plus animum miror quàm cuncta tuorum  
Stemmata, fortunæ quicquid & omnis habes.  
Nunc igitur fortissime Eques, laus prima tuorum  
Cor tibi deuotum pectoris huius habes.  
Sic equidem tua me uirtus tibi fecit amicum  
Ut tibi deberi carmina multa putem  
Quæ certe dabimus quando hæc placuisse sciemus,  
Hæc sit amicitiae ianua prima. Vale.

AD IOANNEM MYLIVM HERBI  
politatum Iureconsultum &c.

Inter

LIBER VI

nter amicitiae quondam pars unica nostrae  
**I** Nomina, nunc etiam maxima doctae Myli  
 Quae tua quae meritis studia et uiribus aequas  
 Tam simul adiunctis legibus ista polis.  
 Nec modo sacra pias illustras iura per artes,  
 Sed colis et nostri Musica sacra chori  
 Crimine quo nostris tu non ponare libellis  
 Qualibus his annis ludere cunq; licet.  
 Cur mea te fileant tam fidum carmina pectus  
 Quae mihi nunc Musae qualiacunq; canunt.  
 Namq; nec ignoras quia uena beator olim  
 Fluxerit haec quae nunc arida facta mihi est.  
 Nec tu dissimulas quia candidiora fuerunt  
 Quae mihi primaeui tempora ueris erant.  
 Qualem cunq; tamen uel tempora dura, uel aetas  
 Serior admittunt, uena ea tota tua est.  
 Namq; ita tu meritis cumulatum semper amasti  
 Ut pudeat meritam non retulisse uicem.  
 Et me saepe aliquas conantem reddere grates  
 Hoc graue Musarum terruit exilium  
 Namq; quis exulibus in tecta negata camoenis  
 In male consutis audeat ire togis?  
 Sed quia quae Musas potuit contemnere, non tamen  
 Quam reliquis ratio conuenit ista tibi.  
 Et quia tu contempta alijs Probaeia nondum  
 Abijcis, et toto pectore sacra foues.

S Y L V A R V M

Ergo alacres ad te uultu uenere remisso  
 Non est ut quondam Musa superba mihi.  
 Non sumpserunt graues lauri de fronde coronas  
 Has miseras equum non habuisse fuit.  
 Non aurum in digitis rutilat, non uestibus ostrum.  
 Taliter extorres quis coluisse uolet.  
 Simplicis in uultu fidei pudor emicat ipso  
 Quem non abiectas dedecuisse putas.  
 Si tamen exulibus blandis accedere uerbis  
 Dignatus fueris non nihil inde feres.  
 Nam licet hoc iaceant abiectæ tempore laudem  
 Reddere mansuris uita futura potest.  
 Et licet hæc ætas nostris sit iniqua camœnis,  
 Illis posteritas æquior omnis erit.  
 Hæc spes abiectas hæc tollunt uota iacentes  
 Examines, ut spes nulla supersit, erunt.  
 Et neq; nos ideo fugiunt, neq; spernimus illas  
 Qui colimus, quoniam commoda nulla ferant,  
 Sed magis hoc illas colimusq; et amamur ab illis,  
 Nostra quòd à fato gloria maior erit.  
 Adde quod ingenui non est hoc pectoris, istud  
 Metiri sola commoditate decus.  
 Diuitias animi mirantur ad omnia parui  
 Quas qui contemnit maximus ille uir est.  
 Mirentur quicuuq; uolens dum laudis auarum  
 Me non hoc uitium pectus habere sinat.

Quo

LIBER VI

Quo tamen ista? Myli doctissime forte requires  
 Ut uideas quàm nos tempora dura premant  
 Iam mea Cumanas equassent carmina frondes  
 Noridos armiferae donec in urbe sumus.  
 Esset Meonio iam notior Hestus Homero  
 Qua patet Herciniæ nobilis ora plage  
 Si quàm tu nostras adamas laudasq; canœnas  
 Tam uulgo charæ plausibilesq; forent.  
 Ergo quid assiduis iuuet induluisse querelis  
 Et toties surdis auribus ista loqui.  
 Quandoquidem nostros ita ferrea corda sub annos  
 Truserunt studijs fata inimica bonis  
 Ut licet ipse suis monstris comitantibus Orpheus  
 Protinus è stygia redditus extet aqua.  
 Non tamen hæc moueat qui mouerat omnia quondã  
 Pectora Sitonia frigidiora niue.  
 Sed stupeat potius se saxa ferasq; canendo  
 Quàm posse hos homines ducere quo sit opus.  
 Vsq; adeo stupidos homines, tam frigida corda  
 Tam prauos mores tempora nostra ferunt.  
 Hæc questum toties iterum tibi dura libebat  
 Tempora, sed Musa non sine teste, queri.  
 Quæ nulli melius poteram charissime questum  
 Quàm tibi lugubres mittere Pieridas.  
 Ut simul officij memorem fateare fuisse  
 Quòd tibi amicitia iura dedere meæ

S Y L V A R V M

Et caussam posses cognoscere reddita quare  
Sit tibi adhuc dextræ littera rara meæ.  
Et tibi sæpe meæ doluerunt uulnera Musæ  
Et mecum iniustas questus es ipse uices.  
Posthac si dabitur, si littera nostra placebit  
Plura feres nostra carmina ducta manu  
Nam quoniam semel ausa tuos adijisse penates  
Est mea non solitis Musa referta iocis,  
Postmodo nec quæ sisse tuas reueretur ædes  
Sit licet arentes extenuata genas.  
Interea nostris superesse precare camœnis  
Ut possim fato prosperiore : uale.

SEBASTIANO MAGNO . V . C .  
Norico.

Subdola mendacis quereris conuicia lingue  
S Ex aliqua famam ledere parte tuam.  
Nec noua, nec nostros res admiranda sub æuo  
Quam quereris, quam te ledere Magne doles.  
Digna nec assiduis ratio fuit ista querelis  
Contemptu potius prætereunda graui.  
Nam sibi quæ constat, quæ mens sibi cōscia recti est  
Nulla leuis uulgi murmura uana timet.  
Verum animus scelerum depressus uulnere, semper  
Aestuat, alterius fata secunda uidens.  
Quando igitur nulli turpant tua pectora neui  
Quid tibi qui malus est quòd bonus esse nequit?  
Cur

L I B E R V I

Cur te uana leuis turbent mendacia linguae?  
 Inuidiae ne suum uirus inesse doles?  
 Me iuuat opprobrijs lacerari saepe malorum  
 Dum mea sit nullo crimine uita nocens.  
 Liutor iners animum sincere laudis amantem  
 Excitat, hoc uirtus languida calcar habet.  
 Liuidus ipse sibi quantum uolet arroget osor  
 Sydereas captos detrahat arce deos.  
 Dum tibi tu constes, dum sis sine crimine uitae  
 Cur metuas de te qualiacunq; loqui?  
 Quin age fer potius sortem patienter iniquam  
 Crimina liuoris fer mala, uictor eris  
 Aurea degenerem superat patientia fastum  
 Si meruit certam littera sacra fidem  
 Quare age Magne tuae gentis decus abijce tales  
 Curas, sunt animo certa uenena tuo  
 Vis etenim uitaq; Deo meritisq; placere  
 Atq; hominum studijs officijsq; coli.  
 Cura sit errantem dubijs in rebus Vlysseni  
 Qua se, quaq; suos extulit, arte sequi.  
 Qui uagus Ionij dum nauigat alta profundi  
 Pertulit in medio monstra canora mari.  
 Quae quia blada ferunt certam per carmina morte  
 Incautasq; solent praecipitare uates.  
 Obstruxit comitum ceris retinacibus aures  
 Ne dulce incautos perderet exitum.

## SYLVARVM

Sic quia nunc totum blandæ Sirenes in orbem  
Se uelut è medio deuoluere mari.

Si sapis obde tuas certis rationibus aures  
Nec uento expositas cui libet esse sine.

Sæpe quidem quæ non uelles audisse dolebis  
Sæpe audita etiam quæ placuere uocent.

Nec leuia ambigui moueant te murmura uulgi  
Seu tua diffament nomina siue probent

Solius, ista suo qui temperat omnia nutu  
Arbitrium specta iudiciumq; proba.

Qui nihil ut nescire potest, nec fallere quenquam,  
Sic nulla falli conditione potest.

Fallitur humanas ratio ingeniosa per artes  
Et cæca est cum se cuncta uidere putat.

In domino confide igitur, qui facta re pendet  
Omnibus attribuens omnia lance pari.

Ille ut uera bonis æternaq; præmia soluet  
Vindice sic culpæ puniet igne malos.

Ne quem uana igitur tollat fiducia, quo se  
Illius arbitrium posse latere putet.

Cuncta uidet uigilans oculus Iouis, omnia nouit  
Nec peccare oculum te pudet ante Dei?

Siue audita igitur moueant te uisæ turbant,  
Si sapis, hæc soli deser, & ista Deo.

Sic te nulla hominum famæ contagia ledent,  
Fortis, & inuicto pectore semper eris.

Viue



LIBER VI

Vive meis dicende iterumq; & sepe camoenis  
Paucaq; quæ dedimus consule Magne boni

PHILIPPO MELANC.

    nica Musarum morientum uita Philippe,  
V Quàm merito laudē nominis huius habes  
    Ut reliquæ taceant nostræ tua facta loquē  
Contigit his certe munere uita tuo.      (tur  
Ad uada nam miseri cum iam morerentur Hieræ  
    Prorsus & humana desererentur ope,  
Ad uada duxisti miseras Pegnesidos undæ  
    Hinc noua quæ uenit mollior aura fuit.  
Illic exulibus domus est duce parta Philippo  
    Nunc domus est Musis esse ubicunq; licet.  
Nam quia sola suas urbs nouit Norica dotes  
    Artibus ingenuis ingenijsq; fauet.  
Quanquã ò, sed tristes ut amant hæc tēpora Musas  
    Præcipua hic populus laude uehendus erat.  
Nam plenos optare gradus priscumq; nitorem  
    Ingenij specimen desipientis erat.  
Nunc ea sors miseris studiorum est facta ruinis  
    Ut quota sit miseris esse licere, salus.  
Sed tamen hanc alia dudum ratione querelans  
    Heu nimium surdis auribus occinui.  
Et te sepe meis memini subscribere Musis  
    Atq; eadem simili fata dolore queri.

S Y L V A R V M

Exlant & totum uiuunt tua scripta per orbem  
 Quis nescit nomen docte Philippe tuum?  
 Nam tu siue probas seu nolis esse quòd audis  
 Non poterit fieri fama maligna tibi  
 O merite eximiam laudem uirtutibus istis  
 Esse quibus miror te potuisse parem  
 Tu tamen odisti merita præconia laudis  
 Da ueniam, Musa hæc semper inepta fuit  
 Et quoniam non uis ad te tua nomina mitti  
 Venturis de te gentibus illa canam.  
 Nunc ut ad inceptum redeat mea Musa laborem  
 Quæ quòd habet totum debet & omne tibi.  
 Iam quater Austrinum Sol declinauit ad axem  
 Torrida iam Cancri brachia quarta petit.  
 Postquam me his terris & in hac regione morantē  
 Qualicumq; oculo lubrica Diua uidet.  
 Tempore tam longos quæ fas est omnia testor,  
 Nil nisi te coram non habuisse queror.  
 Consilijsq; tuis licuisset & omnibus uti  
 Quæ tibi tam large parca benigna dedit  
 Esset eo melior quo nos fortuna remouit  
 Longius, & quererer tristia fata minus.  
 Quanquam non alicui ratio est hic iusta querelæ,  
 Omnia quàm merui sunt meliora mihi.  
 Sola meis tua defuerat præsentia rebus  
 Namq; futura loco numinis illa fuit.  
 Sed

LIBER VI

Sed quoniam nobis fortuna ea uota negauit  
 Qua uice solati possumus esse, sumus.  
 Interea pro te nobis tua saepe loquuta est  
 Littera, quae specimen mentis & oris habet.  
 Nunc quia te nobis eadem fortuna propinquum  
 Fecit, & hac cupidis parte benigna fuit  
 Moenia Franciaci iam desere parua Cobyrgi  
 Magna& cum socijs Noridos urbis adi.  
 Hoc uolet ipse tuos non ultimus inter Ionas  
 Hoc, nisi non noui te, Spalatine uoles  
 Atq; utinam uoto pius ipse adsumat eodem  
 Nec graue nec nimium grande Lutherus, iter  
 Si tamen hoc stultum est optare, nec utile forsitan  
 Qui prius hunc misit quo uolet ille ferat.  
 Nunc per amicitiae te iura nouissima nostrae  
 Per studia & Musas, utraq; nostra, rogo.  
 Ut uenias, nec te ulterius patiare rogari  
 Cur te aliquid moueat quam mea Musa magis?  
 Quae si, quod superi faciant te forte mouebit  
 Non poterit prorsus displicuisse mihi.

EXIMIO MEDICO D. IOANNI  
 Magebuccho.

octe simul medicas tractare fideliter artes  
 D Et quascunq; simul noster Apollo probat.  
 Accipe de generis munus Leuidense poetae  
 Quod facit oblitum muneris esse sui.

S Y L V A R V M

Qui quamuis animi curis grauioribus hæres  
 Quàm tibi ut hæc possint friuola scripta legi.  
 Dum tamen absistes curis animoq; uacabis  
 Scripta leges Hæsi qualiacunq; tui.  
 Atq; etiam quamuis studijs melioribus hæres  
 Quàm leuia ut possint nostra placere tibi,  
 Dum tamen à studio forsân meliore uacabis  
 Ceu fatuas betas ista parerga leges.  
 Vel quia sit studij nobis communis Apollo  
 Author, & ex illo nomen uterq; trahat,  
 Vel quia nos ratio uinclo propiore ligarit,  
 Et sit amicitiae nostra probata fides.  
 Debes exigui munus Megabucche poëtae  
 Credere non falsi pectoris esse notam.  
 Et me, si nimium est, primis adscribere amicis,  
 Extremos inter nomen habere pati.

A D E V N D E M.

ate Machaonias studijs melioribus artes  
 N Iungere, ceu blandis lilia uernarosis,  
 Consulis ut medici subeã penetralia Phœbï  
 Quo duce Musarum sit uia trita mihi.  
 Atq; ita me duplicis referam sub Apollinis umbram  
 Quòd foueat simplex quàm geminata minus.  
 Et quæ contemptæ iaceant hoc tempore Musæ  
 Quas nec fama leuet, sed premat atra fames.  
 Erigentes

LIBER VI.

Frigentes Musas Coos consoler ad ignes  
 Ut faueat caussæ Phœbus uterq; meæ  
 Agnosco non ficta animum pietate refertum  
 Agnosco fidei munera plena tuæ.  
 Verum qua ratione sequar teneamq; quod opto  
 Consule, si uere quæ facis ista facis.  
 Sed neq; difficilis labor est duxisse uolentem  
 Et uia non adeo est hæc peregrina mihi.  
 Et uideor, faueat modo uirgine natus Apollo,  
 Inuenisse uiam qua tua iussa sequar.  
 Cætera quæ breuibus non cœpit epistola uerbis  
 Quàm cuperem tecum uir memorande loqui:  
 Nunc totam Phœbus te distrahit iste per urbem  
 Idem qui residem me iubet esse domi.  
 Ocia sed multo furari pauca labori  
 Si potes, hæc Hesso da Magebucche tuo.

ELEGANTISSIMO POETAE  
 IACOBO MICYLLO  
 SVO.

andide Piëridum iustissima fama Micylle  
 C Inter qui Musas temporis huius habent  
 Scribis, ut admonitus toties totiesq; rogas  
 Nō referā scriptis mutua scripta tuis. (tus  
 Arguis, & merito, manifesti criminis Hesium  
 Et potes hæc iusto facta dolore queri.

PP

S Y L V A R V M

Quid loquar? unde trahā quē caussæ iudicare possim  
 Qui me damnatum non sinat esse color?  
 Intentam ne aliqua culpam ratione tuebor?  
 An fatear certi criminis esse reum?  
 Ut tuear possimq; nocens non esse uideri  
 Quis dabit ut non sim conscius, esse mihi?  
 Ut fatear ueniamq; queam meruisse uideri  
 Quis dabit ut uerum, quod datur, esse putem?  
 Sicut in ambigua positus regione uiarum  
 Non satis exactum quo sit iturus habets  
 Sic me iudiciū duplici sub mole labantem  
 Quam non hoc releuat, tam grauat illud onus.  
 Et poteram, nisi plus uinci quam uincere uellem  
 Non ægre caussam sustinuisse meam.  
 Nam quid amicitiaē nostræ decus addite, nam quid  
 Quod tu tam grauiter iure queraris habes?  
 Non Iacobe tuis rescripsimus ulla camœnis  
 Carminas non grauibus uerba soluta modis  
 Ergo tui nostrum tenuere obliuia pectus  
 Quiq; in eo sedit iam fugiebat amor?  
 Dij melius, fidei quam mutua gratia nostræ  
 Tam cadat, aut etiam stet ratione leui.  
 Quamuis hoc quoq; q̄ non sit leue scire fatendū est  
 Vix magis hæc alijs fœdera rebus ali  
 Non tamen est ratio quæ me satis arguat isto,  
 Crimine amicitiaē dissoluisse fidem.

Non

LIBER VI

Non scripsi, quid enim? sed scribere saepe uolentem  
Diuersam ratio non tulit una manum.  
Ut taceam ignaui turbis quibus obruar ocl  
Mens uaria constat conditione sibi.  
Scribere nunc libitum est, nunc displicet illius autē  
Temporis est aliud quàm fuit huius opus.  
Iam bona neglecta est, mala nunc occasio uenit  
Adstruere hæc raro quod tulit illa potest.  
Sæpe rudes libuit uel inanes mittere chartas  
Sæpe mihi nullus qui tibi ferret erat.  
Adde quòd hic animi procrastinat omnia torpor  
Hei mihi quod causæ non satis illud habet  
Ille tamen simplex & fraudum semper inanis  
Quod sæpe instituit sæpe relinquit opus.  
Sic tamen ut semper tibi candidus esset, & idem  
Qui fuit, & qualem tu quoq; habere soles.  
Iam ne uides quia me tueatur causa nocentem  
Nulla satis? ueniam uerba rogantis agam?  
Parce per afflictas communia sacra camœnas  
Credere me nostram posthabuisse fidem  
Ante feret nullas noster Pegnesus arenas  
Ante me æ fient Noridos urbis opes  
Desinet ante tuus Renum contingere Moenus  
Ante retro cursus uertet uterq; suos  
Quàm nequeam meminisse tui quàm pectoris huius  
Dedita simplicitas desinat esse tibi.

IV SYLVARVM

Quamquam longe absis uicinus habere nobis  
 Semper & hoc ueri pignus amoris habe.  
 Nam mea seu teneras cantabit Musa capellas.  
 Quæ scandunt uolucris Norica saxa pede.  
 Seu Nymphas quas litus habet Pegnesidos oræ.  
 Seu quicquid meritum est quolibet ore cani.  
 Semper eris nostræ quota pars Iacobe Thaliæ.  
 Semper eris Musæ cura secunda meæ.  
 Tu quoq; seu teneras cantabis amice puellas  
 Quæ celebris Mœni littora prima colunt  
 Seu quæcunq; canes tali cantanda poetæ  
 Me quoq; ser partem carminis esse tui  
 Digna quidem Phœbo canis omnia, dignaq; Musis,  
 Si modo sit Phœbus, si modo Musa super.  
 Hoc decus inuideo, nec me pudet ista fateri,  
 Cærule Mœne tibi, cærule Rhene tibi.  
 Carminibus uobis Peneus cedit & Hebrus  
 Hic uatis cithara nobilis, ille Dei.  
 Quam cuperem uobis Pegnesus proximus esset  
 Aut uos Pegneso proxima ferret humus.  
 Nostra simul uestras resonarent carmina laudes  
 Et quæ nunc capitis singula, bina forent.  
 Inuida sed quoniam nobis hoc fata negarunt  
 Nos ratione una qua licet esse decet.  
 Hac ratione simul qua diximus esse licebit  
 Hæc ratio quiddam corpore maius habet.

Nec tu



LIBER VI

Nec tu credideris si raro nunc quoq; ut olim  
Scribimus oblitos nominis esse tui.  
Scribemus tamen & uacuas onerabimus aures  
Heu quales nugas, qualia monstra ferent.  
Ipse modum cupies Musæ posuisse loquaci  
Et modo te nullis auribus esse uoles.  
Quando igitur quæsta est pro te tua littera nobis  
Scribendo nullam nos retulisse uicem.  
Scripsimus hæc Musis dictantibus omnia nobis  
Carmina combustis aridiora focis.  
Tu mihi rescribes dictantibus omnia Musis  
Carmina textilibus floridiora rosis.  
Et mihi quam debes ueniam tribuisse roganti  
Non debes causam ducere, ut ipse roges.  
Nam mihi purganti confesse crimina culpæ  
Materiæ ereptum est commodioris opus.  
Post meliora dabo sed liberiore camœna  
Infans sub rigido iudice Musa fuit.  
Et merito, quia sic ausa est committere, causa hæc  
Non ornanda igitur, sed peragenda fuit.  
Viue memor nostri charissime frater amoris  
Quod precor ut possis nomen habere. Vale.

AD HIERONYMVM BAVMGART  
NERVM DE THEOCRITO  
A SE VERSO.

PP 3

S Y L V A R V M

nice qui uere nostras Hieronymus Musas  
V Officioq; iuuas et pietate colis.  
Nunc tandem Siculis ductas è montibus agnas  
Pascere Romani iussimus arua soli.  
Cuncta Syracusij sunt facta Latina poeta  
Haftenus à nobis quae potuerunt legi.  
Sed tamen errat adhuc nec habet grex aduena quem  
Quo duce inexpertum carpere possit iter (quam  
Praecipue cum de media ceu barbarici  
Finibus in Latias gestiat ire plagas.  
Heu mihi quod non sum uel in illo tempore natus  
Quo sacra Musarum spernere turpe fuit.  
Vel quod ab hoc alium non contigit ire sub axem  
Quo magis in precio carmina nostra forent.  
Heu uobis etiam donat e rure Latino  
Quod melius fatum non habuistis oues.  
Nam qui uos Sicula nuper deduxit ab Aetna  
Quam metuo in Rheno ne uada precipitet.  
Quaeq; Syracusia saturae recubastis in umbra  
Teutonica timor est posse perire fame.  
Nunc igitur nostris Hieronymus docte capellis  
Consule, quemue ducem quodue sequatur iter.  
Nam quod idem nostro cessit male nuper ouili  
Est opus audaces non habuisse pedes  
Non tamen optarim quales habuisse solebant  
Simichides capris Virgiliusq; duces.

Da

LIBER VI

Da Musis facilem media de plebe patronum  
 Da qui non odio carmina digna putet.  
 Oia præstiteris, nec adhuc querar improba Musis  
 Tempora, & hoc æuum laude carere sua.  
 Hunc tamen in tanto populo si forte requiris  
 Da ueniam nimium iusta querela mea est.  
 Spes tamen est aliquem reperiri posse, poetam  
 Qui queat hoc tantum, se coluisse, pati.  
 Et nisi præripiunt te commoda publica, uellem  
 Hac tecum coram de ratione loqui.  
 Et simul informis partus ostendere Musæ  
 Pluraq; quæ scriptis non potuere dari.

AD IOACHIMUM CAMERA  
 RIVM REPETIT THE  
 OCRITVM.

allerij prati frondes numerare cadentes  
**H** Proxima quas Boreæ flatibus urit hyems,  
 Par labor & frondes numerare & soluere  
 Debemus meritis quas Ioachime tuis. (grates  
 Sed licet innumera atq; tuo sint munere tanta  
 Quantas difficile est persoluisse mihi.  
 Maiores tamen esse uoles, & uelle frequenti  
 Obsequioq; probas officioq; doces.  
 Inde fit ut uerear minus esse molestus, & inter  
 rumpere, conari quæ meliora soles.  
 Quare age Simichidæ quæ sunt tibi scripta poetæ

## S Y L V A R V M

Tradita sub limam iudiciumq; uoca.  
Atq; ea tot neuis quot sunt in littore conchæ  
Oblita, quàm minimo tempore redde precor.  
Aut si non prohibent inuisa negotia, nobis  
Quando ea cui tradas ambigis, ipse refer.

GEORGIO LEVCIO SVO.

xtulit Oceano croceos Aurora iugales  
E Phœbæum rutilo spirat ab axe iubar  
Succedunt placidæ formosa silentia luci  
Syderis hoc uerni dixeris esse decus.  
Iam resonant tepidum mulcentibus aëra linguis  
Et blandum tremula uoce queruntur aues.  
Turba salutantum rutilantia lumina solis  
Iam ruit. & passim lucida rura petunt.  
Tu potes occluso uel adhuc stertisse cubili  
Tu potes exortum nolle uidere diem.  
Me iuuat ad ripam stantes Pegnesida nymphas  
Cernere populeis frondibus esse graues.  
Me iuuat umbrifero uiridantia prata recessu  
Visere, quàm multo germine sylua uiret.  
Nunc quoq; si non est tibi nostra inimica uoluptas  
Nec sunt tristitiæ gaudia nostra tibi.  
Surge age, nec graue sit dulces abrumpere somnos  
Mollibus & plumis exeruisse caput.  
Candide candidius quo nil queat esse Georgi

Hue

Huc ades exorto dum tepet aura die.  
 Mollia dum teneri ludunt per graminarores  
 Dum ceu nascenti lux noua pube uiret.

IN ARMINIUM HVTTENI. GER-  
 MANIS SCRIPTORES NON  
 RES DEVISSE.

ot sua stat populis gestarum gloria rerum  
**T** Salua, suum tot adhuc secula nomen habet  
 Audet adhuc ueteres reminisci Roma triū  
 Et mortis quadam uiuere parte sua. (phos  
 Quæ nequit ipsa suas ostendere Troia ruinas  
 Meonio clarum carmine nomen habet.  
 Inuida non totas miserunt funera Thebas  
 Viuit adhuc Sparta non moriturus honor.  
 Nondum Palladiæ prorsus cecidistis Athenæ  
 Quicquid est eximia Græcia laudis habet.  
 Integra floret adhuc Pellææ gloria gentis  
 Persarum nomen fama superstes habet.  
 I numeræ Genes aliæ sua nomina seruant  
 Quasq; superuacuum, quasq; referre mora est  
 Vna suæ merito fraudata est laudis honore  
 Semper est incelebris Teutonis ora fuit.  
 Cur ita? quæ nobis res hunc inuidit honorem?  
 Fida alibi, cur hic fama maligna fuit?

S Y L V A R V M

An quia non rebus clari: non Marte potentes?  
 An quia nos uictos sæpe fuisse pudet?  
 Non ita, nam rebus nec clarior ulla per orbem  
 Gens fuit, aut ullo tempore uicta minus.  
 Cur igitur? quia non rebus, sed nomina rebus  
 Quæ facerent scriptis nos caruisse liquet.  
 Præcipue cum floreret Germanica uirtus  
 Et nondum hæc nostras luxus haberet opes.  
 Tunc memoranda alijs nostri gessere parentes  
 Tunc rerum uirtus unica caussa fuit.  
 Tunc quia scriptorum nos defecere labores  
 Gloria Lethæas nostra subiuit aquas.  
 Nondum tota tamen, quoniam, licet inuida, nostris  
 Non potuit totum fama tacere decus.  
 Et sparsim Romana suis ea littera rebus  
 Inseruit, quæ nunc pauca sed apta uides.  
 Atq; ea, si quæras, quæ sint et qualia, debes  
 Hutteni patriæ uindicis esse memor.  
 Is quæsitâ suis patriæ monumenta libellis  
 Aedidit, et lucem iussit habere nouam.  
 Nam quia sparsa, alijs incognita, quæq; latebāt  
 Qui legeret rarus quiq; teneret erat.  
 Ille suas patriæ laudes atq; eruta passim  
 Nomina digna legi, fecit ubiq; legi.  
 Equibus unus hic est quem condidit ipse libellus  
 Sed non auspicijs ædidit ipse suis.

Namq;

LIBER VI.

Namq; immatura præreptus morte reliquit  
Hunc quoq; ceu partem funeris esse sui.  
In quo si qua leges non qualia forte requiras  
Parte bona ueniam qua mereatur habet.  
Condidit Huttenus non ædidit, ergo futurum  
Quod fuerat melius conijce, quicquid erat.  
Hunc tibi Mauricius gentili Huttenus honori  
Fidus ab æternis noctibus adseruit.  
Hic ferus Arminius patrijs qui uictor in armis  
Afflixit uires Martia Romat uas.  
Hic nisi adhuc iuuenis periisset fraude suorum  
Tu dominus Tybridi Rene futurus eras.  
Hunc quod habes patriæ lector studiose libellum  
Hutteno debes munera prima tuo.  
Altera Mauricio, Ioachimo tertia, nobis  
Quarta, aliquis nobis si locus esse potest.

Finit Liber Sextus & ultimus  
Sylvarum.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





H A G A N O A E E X O F F I C I  
N A P E T R I B R V  
B A C C H I I


Anno Domini Millesimo  
Quingentesimo trice  
simo quinto,  
Mense  
Iulio.




Cl 2131.

X 2203414

m. c





B.

# HELII EOBA

NI HESSI SYLVARVM LIBRI VI.

Nuper primum æditi Anno

M. D. XXXV.



## LECTORI

*Alcinoi legimus, miramur A donidis hortos  
 Inuenit Hesperidum succina sylua fidem  
 Que tandem inuidia est, non his permittere syluis  
 Ficticij saltem nominis esse decus?  
 Fallor, an huc aliquis tamen ingredietur amicus  
 Quem noua querceti diuitis umbra iuuet?*



Ἰωαχείμου τοῦ Καμεραρίου.  
 ὄλιω τήνδ' ἐλθὼν εἰς ἄξυλον ἔργα ἀθήσῃς  
 οὐχ ὅτε βῆσ' ἀρξῶν ἀλλ' ὅτι ληξόμεθ'.  
 εἴ μ' εἴπει πάρα μυρι' ἑασικάλ' ἀλλά πετέριον  
 ἔξῃ ὁμῶς πρότερον πάν πελεκισάμενον.  
 μάλα δ' οὐχὲν πόνος κόρος οὐχὲν σοι ἔασετ' ἔρωκ  
 πρὶν ἰάσθ' ἀναγνώσθ' ἀνεθρεῖα πάντα πέση

*Sum ex libris Nicolai  
 Wiedemannii planensis  
 1835*